πρῶτον μὲν] Particulam μὲν, a Stephano omiſſam, ex Edd. primis reſtituit Zeune.

εἴασεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦν-
τος εἴη ἀδικεῖν. Ἔπειτα τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι βουλο-
μένων αὐτὸν, οὐκ ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶψαι ἐδόκει,
ἐρόμενος εἴ που εἰδεῖέν τι χωρίον ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα
οὐ προσβατὸν θανάτῳ.

Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ἡ δίκη, εἰπεῖν αὐτόν· Ἀλλ', ὦ 24
ἄνδρες, τοὺς μὲν διδάσκοντας τοὺς μάρτυρας, ὡς χρὴ
ἐπιορκοῦντας καταψευδομαρτυρεῖν ἐμοῦ, καὶ τοὺς πει-
θομένους τούτοις ἀνάγκη ἐστὶ πολλὴν ἑαυτοῖς συνειδέναι
ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν. ἐμοὶ δὲ τί προσήκει νῦν μεῖον
φρονεῖν, ἢ πρὶν κατακριθῆναι, μηδὲν ἐλεγχθέντι, ὡς
πεποίηκά τι ὧν ἐγράψατό με; οὔτε γὰρ ἔγω γε ἀντὶ
Διὸς καὶ Ἥρας καὶ τῶν σὺν τούτοις θεῶν, οὔτε θύων
τισὶ καινοῖς δαίμοσιν, οὔτε ὀμνὺς οὔτε ὀνομάζων ἄλλους
θεοὺς ἀναπέφηνα. Τούς γε μὴν νέους πῶς ἂν διαφθεί-
ροιμι, καρτερίαν καὶ εὐτέλειαν προσεθίζων; Ἐφ' οἷς γε 25
μὴν ἔργοις κεῖται θάνατος ἡ ζημία, ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυ-
χίᾳ, ἀνδραποδίσει, πόλεως προδοσίᾳ, οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντί-
δικοι τούτων πρᾶξαί τι κατ' ἐμοῦ φασίν. ὥστε θαυμαστὸν
ἔμοι γε δοκεῖ εἶναι, ὅπως ποτὲ ἐφάνη ὑμῖν τοῦ θανάτου

ὑποτιμᾶσθαι] Cicero Orat. i. 54. *Erat Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio. Et ſententia cum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur: quod cum interrogatus Socrates eſſet, reſpondit, ſe meruiſſe ut ampliſſimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur: qui honos apud Græcos maximus habetur.* In formula accuſationis erat poſitum a Melito τίμημα θάνατος, teſte Diogene. Cum reus contra cauſam ſuam æſtimare jubebatur, ἀντιτιμᾶσθαι dicebatur, quo verbo utitur Plato Apologiæ ſect. 26. Cf. Pollux viii. 150.

οὔτι αὐτὸς] Inepte editur οὔτι αὐτόν.

ἐκκλέψαι] Cf. Platonis Critonem ſect. 4.

24. ἐγράψατο] Ita cum Edd. pr. Stephanus, ἐγράψαντο cum Brodæo, Leonclavio, Weltio et Bachio Zeune dedit. In toto hoc libello ſolus Melitus accuſator nominatur.

25. Ἐφ' οἷς γε μὴν] Similia hæc Xenophonteis Memorab. ii. 2, 62. ſeqq. Ceterum ante Zeunium legebatur h. l. ἱεροσυλίαι, τοιχωρυχίαι, ἀνδραπόδισις, πρόδοσις: quam ſcripturam ille Aretino interprete duce correxit.

κατ' ἐμοῦ φασίν] Quidni ἐμέ φασι dixit?

ὅπως ποτὲ] Ita cum Stobæo Zeune; antea ὅπου legebatur.

26 ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον. Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, ὅτι
ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον. οὐ γὰρ
ἐμοὶ ἀλλὰ τοῖς καταγνοῦσι τοῦτο αἰσχρόν ἐστι. παρα-
μυθεῖται δ' ἔτι με καὶ Παλαμήδης, ὁ παραπλησίως
ἐμοὶ τελευτήσας. ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους
παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν.
οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ
ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, ὅτι ἠδίκησα μὲν οὐδένα
πώποτε οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα, εὐεργέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ
διαλεγομένους, προῖκα διδάσκων ὅ τι ἐδυνάμην ἀγαθόν.
27 Εἰπὼν δὲ ταῦτα, μάλα ὁμολογουμένως δὴ τοῖς εἰρημένοις
ἀπῄει καὶ ὄμμασι καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι φαι-
δρός. Ὡς δὲ ᾔσθετο ἄρα τοὺς παρεπομένους δακρύον-
τας, Τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτὸν, ἢ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ
πάλαι ἴστε ὅτι, ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην, κατεψηφισμένος
ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; ἀλλὰ μέντοι, εἰ μὲν
ἀγαθῶν ἐπιῤῥεόντων προαπόλλυμαι, δῆλον ὅτι ἐμοὶ καὶ
τοῖς ἐμοῖς εὔνοις λυπητέον· εἰ δὲ χαλεπῶν προσδοκωμέ-
νων καταλύω τὸν βίον, ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὡς εὐπραγοῦντος
28 ἐμοῦ, πᾶσιν ὑμῖν εὐθυμητέον εἶναι. Παρὼν δέ τις Ἀπολ-

ἔργον ἐμοὶ ἄξιον] Codex Stobæi Brunckianus a Zeunio laudatus, ita h. l. excerpſit: Θαυμαστὸν ἔμοι γε δοκεῖ ὅπως ποτὲ ὑμῖν ἐφάνη τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον, unde aſſumſi verbum εἰργασμένον, quo ſine ſententia plane vacillat, ordinem verborum vulgarem hunc ὑμῖν τὸ τοῦ θανάτου ἔργον ἐμοὶ ἄξιον immutavi. Geſneri conjecturam ἐμοῦ ἄξιον corrigentis, recte reprobavit Erneſti; nihil enim ita ad ſententiam redintegrandam proficitur.

26. οὐ γὰρ] Codex Stobæi ſupra laudatus οὔτε γὰρ dat. Ceterum quæ hac ſectione continentur, expreſſa ſunt et tranſlata ex Xenophontis ſect. 9. et 10. ubi compara, ſi placet, annotata.

μαρτυρήσεται] Ita cum Steph. ſecunda Zeune et Bach. μαρτυρήσειτε Edd. pr. deinceps εὐηργέτουν dedit Caſtalio.

27. Εἰπὼν δὲ] Stobæus MS. εἰπὼν δὴ dat, et mox δὴ omittit.

σχήματι] Ita cum Stobæo MS. Aretino et Geſnero vulgatum σχήμασι correxit Zeune.

ἢ ἄρτι] Erneſtius malebat ſcriptum una cum interrogatione τί τοῦτο, εἰ ἄρτι.

ἴστε ὅτι] Ita cum Stephano et Stobæo MS. Zeune ſcripſit. Vulgo omiſſum ὅτι Leonclavius ante κατεψηφισμένος poſuit.

ἐμοῖς εὔνοις] Recte Stephanus ἐμοὶ corrigi voluit.

λόδωρος, ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ᾽
εὐήθης, εἶπεν· Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλε-
πώτατα φέρω, ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. τὸν δὲ
λέγεται καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν· Σὺ
δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με
ὁρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα ἐπιγε-
λάσαι. Λέγεται δὲ καὶ Ἄνυτον παριόντα ἰδὼν εἰπεῖν· 29
Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε γε κυδρὸς, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν
διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ με, ὅτι, αὐτὸν τῶν μεγί-
στων ὑπὸ τῆς πόλεως ὁρῶν ἀξιούμενον, οὐκ ἔφην χρῆναι
τὸν υἱὸν περὶ βύρσας παιδεύειν. Ὡς μοχθηρὸς οὗτος,
ἔφη, ὃς οὐκ ἔοικεν εἰδέναι, ὅτι, ὁπότερος ἡμῶν καὶ συμ-
φορώτερα καὶ καλλίω εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπέπρακται,
οὗτός ἐστι καὶ ὁ νικῶν. Ἀλλὰ μέντοι, φάναι αὐτὸν, 30
ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ
βίου προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα· βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ

28. ἐπιθυμητὴς μὲν] Stobæus p. 94. ἐπιθ. μὲν ὢν dat, quod probabat Zeune. Poſt εἶπεν Edd. pr. addunt ἄρα.

καταψήσαντα] Eundem geſtum Socratis annotavit Plato Phædonis ſect. 38.

29. Λέγεται δὲ] Ex Stobæo δὲ reſtituit Zeune.

γε κυδρὸς] Ita cum Brodæo, Stobæo et Stephano Zeune: φαιδρὸς Caſtalio et Aretinus habent.

ὅτι, αὐτὸν] Stobæus οὕτως καὶ τ. μ. αὐτὸν ὑπό. Brodæus corrigebat καὶ αὐτὸν τ. μ. ὑπό.

τῶν μεγίστων—ἀξιούμενον] De eodem Anyto Socrates in Platonico Menone ſect. 18. αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. Amator Alcibiadis fuit, teſte Plutarcho Alc. c. 4. Idem Plutarchus in Coriolano c. 14. Ἀθήνησι λέγεται πρῶτος ἀργύριον δοῦναι δικασταῖς Ἄνυτος ὁ Ἀνθεμίωνος προδοσίας περὶ Πύλον κρινόμενος ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἤδη τελευτῶσι. Idem tradit Ariſtoteles apud Harpocrationem in δεκάζων. Diodorus Siculus xiii. 64. Anytum accuſatum judicium corrupiſſe argento dato ait ſub Olympiadis 92. anno 4. quarto anno ante finem belli Peloponneſiaci.

οὐκ ἔφην] Stobæus οὐκ ἔτι et mox ἐπὶ βύρσας inepte ſcriptum habet.

περὶ βύρσας παιδεύειν] Plato Apologiæ ſect. 10. ἐκ τούτων καὶ Μέλιτός μοι ἐπέθετο—Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν. Coriarius fuiſſe videtur Anytus.

διαπέπρακται] Stobæus habet: συμφορώτερος καὶ καλλίων εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπέπλασται, χείρων δέ ἐστιν ὁ νικῶν.

30. Ὅμηρος] Patroclum Il. π. 851. Hectorem x. 358. Cf. Cicero de Divinatione i. 30. Ceterum Plato Apologiæ 30. aliter præfantem vaticinio ſimili facit Socratem: καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα ἐν ᾧ μάλιστα ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσι, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.

καταλύσει τοῦ βίου] Intellige ὄντων, quod Xenophon ipſe non omiſiſſet.

τὰ μέλλοντα] Erneſti bene viderat articulum τὸ deeſſe; ſed non bene τὸ ἐν καταλύσει τοῦ βίου corrigi voluit.

χρησμῳδῆσαί τι. συνεγενόμην γάρ ποτε βραχέα τῷ Ἀνύτου υἱῷ, καὶ ἔδοξέ μοι οὐκ ἄῤῥωστος τὴν ψυχὴν εἶναι· ὥστε φημὶ, αὐτὸν ἐπὶ τῇ δουλοπρεπεῖ διατριβῇ, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ παρεσκεύακεν, οὐ διαμενεῖν· διὰ δὲ τὸ μηδένα ἔχειν σπουδαῖον ἐπιμελητὴν, προσπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυμίᾳ, καὶ προβήσεσθαι μέντοι πόῤῥω μοχθη-
31 ρίας. Ταῦτα δ' εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο· ἀλλ' ὁ νεανίσκος ἡσθεὶς οἴνῳ, οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας ἐπαύετο πίνων· καὶ τέλος οὔτε τῇ ἑαυτοῦ πόλει οὔτε τοῖς φίλοις οὔτε αὑτῷ ἄξιος οὐδενὸς ἐγένετο. Αὐτὸς μὲν δὴ, διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παιδείαν καὶ διὰ τὴν αὑτοῦ ἀγνωμοσύνην, ἔτι καὶ
32 τετελευτηκὼς τυγχάνει κακοδοξίας. Σωκράτης δὲ διὰ τὸ μεγαλύνειν ἑαυτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, φθόνον ἐπαγόμενος, μᾶλλον καταψηφίσασθαι ἑαυτοῦ ἐποίησε τοὺς δικαστάς. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι. τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν
33 δὲ θανάτων τοῦ ῥάστου ἔτυχεν. Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην. ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὑτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς τἄλλα τἀγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ἀλλ'
34 ἱλαρῶς καὶ προσεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπετελέσατο. Ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τήν τε σοφίαν καὶ τὴν γεν-

Ceterum vaticinium ipſum, quo Anyto filii prodigi exitum prædicit, non eo animo, ut pater filium mature ad frugem redire cogat et rectius educet, ſed potius ut patri ſuperbienti de morte Socratis ægre faceret, Socrate non dignum cenſuiſſet Xenophon.

32. ἐμοὶ μὲν—ἔτυχεν] Tertium redit ineptus ſcriptor ad eandem ſententiam. Sed voluit reddere locum Xenophontis iv. 8, 1. qui θανάτους non dixiſſet, credo, plurali numero.

33. τἄλλα τἀγαθὰ] Alterum articulum omittere debebat ſcriptor, aut librarius addidit.

προσάντης] *Facilem* interpretatur Index Zeunianus; cum ceteris ſcriptoribus ſit *acclivis, arduus et difficilis.* Sed quocunque modo interpreteris difficile eſt dictu, quid ſcriptor ſpectaverit, quid nomine ἀγαθῶν intelligi voluerit? Si mortem ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας accedentem inter ἀγαθὰ numeravit, cur verbo ἐμαλακίσατο uſus eſt?

ἐπετελέσατο] Neſcio an alibi ἐπιτελεῖν θάνατον occurrat; media forma certe nemo uſus eſt hac quidem ſignificatione.

ναιότητα, οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ, οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. εἰ δέ τις τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω.

34. τῶν ἀρετῆς] Stephanus ἀρετῶν nefcio unde induxit, quod rejecit Zeune. οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι funt Memorab. iv. 8, 11. et fupra fect. 17.

ὠφελιμωτέρῳ] Xenophon Memor. iv. 8, 11. οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι πάντες ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι πάντων μάλιστα ποθοῦντες ἐκεῖνον, ὡς ὠφελιμώτατον ὄντα πρὸς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Hæc fcriptor Apologiæ augenda fibi putavit.

ἀξιομακαριστότατον] Nec hoc vocabulum Xenophonteum eft. Cyropædia vii. 2, 6. μακαριστοὺς tales dicit, fect. 27. βιοτὴν μακαριστοτάτην, et Memor. ii. 1, 33. εὐδαιμονίαν μακαριστοτάτην. In Anabafi i. 9, 6. πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν eft.

---

# EPIMETRUM

AD

# XENOPHONTIS

MEMORAB. III, 8, 9.

# EPIMETRUM

AD

# XENOPHONTIS

## MEMORABILIUM III, 8, 9.

### DESCRIPTIONEM PARTIUM DOMUS GRÆCÆ ET VOCABULORUM, QUIBUS EÆ DESIGNANTUR, INTERPRETATIONEM CONTINENS.

---

CUM vir doctus B. Weiſke locum hunc Xenophontis difficillimum ſibi viſum non ſolum longiore annotatione ſed addita etiam pictura lineari domus græcæ illuſtrandum putaverit, neceſſe mihi etiam fuit in eundem diſputationis campum exſpatiari, ubi nec meſſem nec gloriæ ſpicilegium facere mihi poſſe videor. Errores tamen aliquos ex lectorum animis eradicare conabor, quos viri docti hucuſque in fabrica domorum græcarum explicanda admiſerunt, confiſi auctoritate Vitruvii, cujus tamen doctrina omnis aut plane non pertinet ad ætatem Xenophonteam et tempora Græciæ florentis, aut Vitruvius ipſe in interpretandis male nominibus et vocabulis a totius fabricæ rationibus plane aberravit. Hunc ducem cum ſequeretur Weiſke, merito quærendum ei antea fuerat, quid interpretes Vitruviani Latini, Gallici, Italici, Perrault, et Galiani, explicandæ doctrinæ Vitruvianæ attulerint; quid deinde Gallus Mariette priorum inventis adſtruxerit, cujus opera uſus Barthélemy in Itinerario Anacharſis i. c. 25. et annotatione capiti illi ſubjecta picturam domus

Græcæ ex rationibus Vitruvianis conſtructæ addidit inter Icones No. xiii. Antiquiorum opiniones et interpretationes Vitruvii ſecutus Stieglitzius Lipſienſis in Architectura antiqua Lipſiæ idiomate vernaculo prodita anno 1796. p. 119—124. domorum græcarum deſcriptionem explicavit. In univerſum Gallus Barthélemy l. c. ita tradit de domo græca : *La plupart des maiſons ſont compoſées de deux appartemens, l'un en haut pour les femmes, l'autre en bas pour les hommes ; et couvertes de terraſſes, dont les extremités ont une grande ſaillie. On en voit un aſſez grand nombre qui ont ſur le derriere un jardin, ſur le devant une petite cour, et plus ſouvent, une eſpece de portique, au fond duquel eſt la porte de la maiſon, confiée quelquefois aux ſoins d'un eunuque. C'eſt là qu'on trouve tantôt une figure de Mercure, pour écarter les voleurs, tantôt un chien qu'ils redoutent beaucoup plus, et preſque toujours un autel en l'honneur d'Apollon, où le maitre de la maiſon vient en certains jours offrir des ſacrifices.—Depuis que le goût des bâtimens s'eſt introduit, les arts ſont tous les jours des efforts pour le favoriſer et l'étendre. On a pris le parti d'aligner les rues, de ſeparer les nouvelles maiſons en deux corps de logis, d'y placer au rez-de-chauſſée les appartemens du mari et de la femme, de les rendre plus commode par de ſages diſtributions et plus brillantes par les ornemens.—Une allée longue et étroite conduiſoit directement à l'appartement des femmes. L'entrée en eſt interdite aux hommes excepté aux parens et à ceux qui viennent avec le mari. Après avoir traverſé un gazon entouré de trois portiques nous arrivâmes à une aſſez grande piece, où ſe tenoit Lyſiſtrate à qui Dinias me préſenta.—Nous paſſâmes à l'appartement des hommes, au milieu duquel nous trouvâmes une piece de gazon, entourée de quatre portiques dont les murs étoient enduits de ſtuc et lambriſſés de menuiſerie. Ces portiques ſervoient de communication à pluſieurs chambres, la plupart décorées avec ſoin.* Hucuſque Gallus, qui deſcriptionem antiquam ædium privatarum in inferiorem vel andronitin, et ſuperiorem vel ſublimem, gynæconitin, in univerſum recte annotavit. Homerus enim habitationi virginum et mulierum ubique ὑπερῷον aſſignavit, veluti

Iliadis B. 514. *παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα.* ubi Scholiaſtes Waſſenbergii p. 315. *τὸ δίστεγον* et *γυναικωνῖτιν* interpretatur, Paraphraſtes ejuſdem *ἀνώγεων*. De Penelope eſt in Odyſſea A. *τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν* et Od. O. *ἀλλ' ἄπο (τῶν μνηστήρων) ὑπερωΐῳ ἱστὸν ὑφαίνει.* Exemplum tyranni Theſſali qui *ἐν θαλάμῳ ὑπερῴῳ* cubare ſolebat, recentius annotavit Plutarchus Pelopidæ c. 35. Ceterum diſtinctio domus græcæ in andronitin et gynæconitin ortum habuit ex moribus Græcorum diverſis et conditione mulierum pejore quam apud Romanos. Bene Cornelius Nepos in Præfatione, *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus mater familiæ non primum locum tenet ædium atque in celebritate verſatur? Quod multo ſit aliter in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur niſi propinquorum, neque ſedet niſi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedit niſi propinqua cognatione conjunctus.* Matronas priſcas romanas in atrio lanificio vacaſſe annotarunt viri docti ad Livii i. 57, 9.

In eadem ædium parte ſuperiore erat conclave cimelia et utenſilia pretioſiora ſervans, *θαλάμου* nomine Homero et Xenophonti notum. Adſcendebatur per gradus, quos Homerus *καταρῶγας* dixit, vocabulo variis interpretum dubitationibus vexato.

Sed age ſingula Homerica vocabula recenſeamus, quibus poeta partes domus definire ſolet. Primas ponam eas voces, quibus ſemel aut pauciſſime utitur; ſequentur ea vocabula, quæ ſæpiſſime adhibet; atque hinc formam domus græcæ antiquiſſimæ conjectura collectam animis lectorum inſinuare conabor.

*Μέλαθρον μεγάροιο αἰθαλόεντος* Iliadis X. 239. Heſychio eſt *δοκὸς ἡ διάτονος*, Euſtathio ad Il. B. p. 249, 19. *ὁ ὄροφος ἢ τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον, ὃ, φασὶ, καλεῖται ὑπέρτονον.* et ſic idem ad Iliad. I. p. 780, 27. At Etymol. M. habet *ὑπότονον*. Mihi *διάτονος* vera videtur eſſe lectio. Ita Vitruvio ii. 8. diatoni lateres dicuntur. Trabs eſt *διάτονος*, quæ media domum ſuperne et tectum diſtinet, fumumque ab

igne et facibus incenſis maxime excipit. Hinc Odyſſeæ Θ. 279. πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο. Apollonius Rhodius ii, 1088. tectum ſeu τέγεα vocat μέλαθρα, Scholia τὴν ὀροφὴν interpretantur. At Ilias B. 414. ſubito mutata ſignificatione Πριάμοιο μέλαθρον αἰθαλόεν ipſam Priami regiam dicit.

Αὐλὴ quid Homero vocetur, ante omnia diſpiciendum eſt, a qua derivatur αὔλειος vel αὐλεία θύρα ; quam ſequitur μέταυλος vel μέσαυλος θύρα in domo Græcanica. Eſt primum locus apertus et apricus, maceria concluſus, boves, oves et aves cortiles includens, cui juncta domus ruſtica ſeu villa ἔπαυλις merito dicitur, quaſi ἐπὶ αὐλῇ ſtructa. Unicus eſt in Odyſſea locus Ψ. 358. εἰσόκε πάντας ἐνιπλήσωσιν ἐπαύλους, ubi poſtremum vocabulum τὰς ἐπαύλεις καὶ μάνδρας interpretatur Apollonius, id eſt caſas ſeu villas, aut cortes ſeu caulas. Heſiodus in Theogonia verſu 129. montes Nympharum χαρίεντας ἐναύλους dixit.

Partem domus facit in Odyſſea Φ. 389. ubi Euryclea cœnaculi, ubi proci diſcumbunt Penelopæ, fores occludit; κλήϊσσεν δὲ θύρας μεγάρων εὖ ναιεταόντων. deinde Philœtius tacitus proſilit ex cœnaculo et fores aulæ occludit: (κλήϊσσεν δ' ἄρ' ἔπειτα θύρας εὐερκέος αὐλῆς) quæ fune nautico forte in porticu periſtyli reperto firmat. (κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης βύβλινον, ᾧ ῥ' ἐπέδησε θύρας, ἐς δ' ἤϊεν αὐτός.) Quo loco iterum utemur, cum de Homerica αἰθούσῃ diſpiciemus, quam ante cœnaculum domini intra ipſam aulam fuiſſe hinc diſcimus. Dicitur εὐερκὴς αὐλὴ a maceria, qua concluditur. Sic, ubi narratur Iliadis I. 472. fuga Phœnicis ex domo paterna, eſt de cuſtodibus appoſitis et igne ubique pernoctante :

οὐδὲ ποτ' ἔσβη
πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς
ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.

Nocte tandem decima cuſtodum eluſa obſervatione effugit Phœnix :

Καὶ τότ' ἐγὼ θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας
ῥήξας ἐξῆλθον καὶ ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς,

ῥεῖα λαθὼν φύλακάς τ' ἄνδρας δμωάς τε γυναῖκας.

Tertius eſt locus Odyſſeæ Σ. 100. ubi Ulyſſes Irum cœnaculo ejicit:

εἷλκε δι' ἐκ προθύροιο λαβὼν ποδός· ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν
αἰθούσης τε θύρας· καί μιν ποτὶ ἑρκίον αὐλῆς
εἷσεν ἀνακλίνας.

Apparet πρόθυρον ante cœnaculum poſitum: ſequitur αὐλὴ cum αἰθούσῃ; poſtremum ἑρκίον, *maceria*, aulam ipſam concludit. Similiter Æſchylus Choeph. 559. 569. et 651. ἑρκείους πύλας dixit pro θύρας αὐλείας. Apud Homerum θύραι αἰθούσης videntur eſſe, quæ ducunt ad aulam, inter πρόθυρον et aulam mediæ, quæ μεσαύλοι θύραι vocatæ fuerunt a ſerioribus Græcis.

Quartus Odyſſeæ locus X. 126. eſt difficilior:

Ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν ἐϋδμήτῳ ἐνὶ τοίχῳ.
ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι.
Τὴν δ' Ὀδυσεὺς φράζεσθαι ἀνώγει δῖον ὑφορβὸν
ἑσταότ' ἀγχ' αὐτῆς. μία δ' οἴη γίγνετ' ἐφορμή.

Per hanc ipſam ὀρσοθύραν Agelaus, unus procorum, adſcendere jubet ſociorum aliquem et populum ad auxilium ferendum convocare:

ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη,
καὶ εἴποι λαοῖσιν; βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο.

Cui reſpondet Melanthius caprarius paſtor:

οὔπως ἔστ', Ἀγέλαε·—ἄγχι γὰρ αἰνῶς
αὐλῆς καλὰ θύρετρα καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης.
καί χ' εἷς πάντας ἐρύκοι ἀνήρ, ὅστ' ἄλκιμος εἴη.

Igitur ex thalamo Ulyſſis in ſublimi parte ædium arma depromere jubet, adeoque ipſe Melanthius ſtatim

———ἀνέβαινε Μελάνθιος———
ἐς θαλάμους Ὀδυσῆος ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.

ubi ῥῶγας alii θυρίδας, feneſtras, alii τὴν ἐκτομάδα, alii gradus vel ſcalas, alii denique omnium ineptiſſime ipſam ὀρσοθύραν interpretati ſunt. Optime, qui teſte Heſychio τὰς τῆς οἰκίας διόδους ἐν τοῖς ὑπερῴοις οἴκοις, i. e. viam ad ſuperiora domus conclavia ducentem, interpretati ſunt. Philon grammaticus ſingulari numero τὸ ῥῶγας, uti κῶας, intelligi

voluit a poeta, ne plures januæ ad conclavia ſublimia ducere dicantur. Ipſam ὀρσοθύραν fuere inter veteres Homeri interpretes qui dicerent eſſe θυρίδα, δι' ἧς εἰς ὑπερῷον ὑπάρχει ἀνάβασις i. e. feneſtram aut januam ad ſuperiora conclavia ducentem : contra alii putabant eſſe januam vel feneſtram ad plateam ducentem, ad quam per gradus adſcendere oporteret ; aut hos ipſos gradus ad januam iſtam ferentes intelligi opinabantur. (δύναται δὲ καὶ ἄνοδός τις εἶναι φέρουσα ἐπὶ τὴν θύραν ταύτην.) Careremus facile his Grammaticorum dubitationibus, ſi locum Simonidis in Etymologico M. poſitum integriorem legeremus : poteramus enim inde arguere, quæ fuerit ætate Simonidis lectorum Homeri opinio de ὀρσοθύρῃ aut quod ipſius poetæ Simonidis judicium. Vulgatur ejus dictum ita : καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἠλσάμην. Fuerunt olim qui locorum et partium domus Ulyſſeæ ſingularum deſcriptionem et picturam in Commentariis Homericis apponerent, quorum meminit Euſtathius ad Odyſſ. X. p. 777. ed. Baſil. εἰς ὃ (τὸ κατὰ τὴν ὀρσοθύραν) καὶ καταγραφῆς ἐδεήθησαν οἱ παλαιοὶ, σχηματίζοντες ποῦ ὀρσοθύρη καὶ ποῦ ὁ θάλαμος, καὶ τὰς ῥῶγας τοῦ οἴκου καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων ἀκριβεστέροις κεῖται. Quicunque conſideratius legerit locum Homeri, confiteatur oportet, ὀρσοθύραν plane eſſe ab illa janua diverſam, quæ ad conclave ſublime (ὑπερῷον) ducebat. Deinde nihil aliud niſi feneſtram luci admittendæ ſeu lumen cœnaculi, in pariete viæ publicæ obverſo excifum eſſe ὀρσοθύραν cenſeo : ad quam adſcendere et populum clamando convocare ex publica via licebat. Nec ipſe Homerus voluit ὀρσοθύραν januam nos intelligere : ſtatim enim, poſteaquam eam nominavit, ſubjicit ἀκρότατον—ἀραρυῖαι. erat ſcilicet iter vel via ab ipſis foribus cœnaculi in plateam vel viam publicam ducens, foribus firmis occluſa, qua unus homo viribus valens pluribus irrumpentibus reſiſtere eoſque ab aditu arcere poſſet. Hanc igitur viam et januam porculatorem Ulyſſes obſervare jubet, ne cives a procis per ὀρσοθύραν ad auxilium ferendum convocati, per iſtud iter irrumpere et cœnaculum ingredi poſſent. Quare ubi Agelaus adſcendere ad ὀρσοθύραν et convocare cives jubet,

Melanthius procis favens refpondet οὔπως ἔστι i. e. *non procedere confilium iftud : effe enim fores aulæ bene firmas*, et difficile oftium ad viam publicam ducens, (στόμα λαύρης) adeo ut aditus hic ab uno homine facile poffit defendi. Sufpicor hoc iter ad viam publicam ducens effe id, quod fero μέσαυλος fuit dictum. Ex loco Odyffeæ X. ubi Phemius juxta ὀρσοθύρην adftans dubitare dicitur, num per iftam ὀρσοθύρην clam conclavi elabatur et evadat ad aram Jovis Hercei in aula pofitam, videtur argui poffe ὀρσοθύρην pariete aulæ obverfo fuiffe excifam.

Quintus locus Homeri eft in Iliade Z. 244. ubi Priami ædes defcribuntur. Primum igitur

> πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο
> πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι·

occurrunt œci 50. continui, in quibus filii Priami cum uxoribus commorantur. Sequuntur

> Κουράων ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς
> δώδεκα—τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
> πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι.

i. e. ex altera parte prioribus oppofiti et continui, fed intra aulam duodecim œci, ubi Priami filiæ cum maritis habitant. Ubi veteres Grammatici errant qui τέγεοι θάλαμοι conclavia fublimia (ὑπερῷοι) interpretantur; rectius alii ὑψηλοὶ *altos* fimpliciter effe volunt.

Sextus locus eft Odyffeæ Δ. 74. ubi Telemachus Menelai ædes miratus :

> Ζηνός, inquit, που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή,
> ὅσσα τά δ' ἄσπετα πολλά· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

ubi Jovis regia αὐλή dicitur fignificatione nova. Quare Seleucus grammaticus, narrante Athenæo v. p. 189. fcriptura Ariftarchea rejecta locum Homericum ita legebat :

> Ζηνός που τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

Homerum enim αὐλὴν ubique dicere locum apertum fub divo, ubi Jovis Ἑρκείου ara pofita fuerit. Verum vulgatam Homeri lectionem Æfchyli auctoritas et imitatio fatis defendit, qui in Promethei vincti verfu 122 ait : ὁπόσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσι.

In aula Græci aram habebant, ubi facra privatim diis

facerent, de quibus Dorville ad Charitonem p. 247. Xenophon Memorab. i. 1, 2. Plato in Republ. i. p. 147. τεθνηκὼς γὰρ ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. Herodotus vi. 69. ibidem ἡρῷον ἱδρυμένον παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι memorat. Athenæus iv. p. 189. ubi Homericam αὐλὴν interpretatur, Ἑρκείου Ζηνὸς aram ibi fuiſſe teſtatur : ad quam confugientem Priamum a Pyrrho occiſum narrat Arctinus in Ἰλίου Πέρσει, ex eoque Virgilius Æn. ii. 512. ſeq. ad quem locum eſt annotatio doctiſſima Heynii in Excurſu vi. *Ædibus in mediis nudoque ſub ætheris axe ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus incumbens aræ, atque umbra complexa Penates:* ibique ſedens Priamus filium Politem ſauciatum a Pyrrho inſequente concidere ante pedes ſuos vidit verſu 526. ſeq. *Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites—per tela, per hoſtes porticibus longis fugit et vacua atria luſtrat ſaucius,* ubi porticus eſſe αἴθουσαν, quæ αὐλὴν ab utraque parte cingere et ornare ſoleret, annotavit Heyne, qui tamen ſimul miratur narrationem a Virgilio ab atrio vel αὐλῇ, ubi Jovis Hercei fuit ara, ad penetralia tecti ſeu impluvium, ubi Penatium ara erat apud Romanos, fuiſſe tranſlatam. Obiter admonet apud Homerum ædes qui intrat, primum ἕρκος, in hoc αὐλὴν ſubire : tum πρόδομον, tandem ad θάλαμον procedere. Penatium deorum propria ſedes fuit impluvium ; unde *compluvium deorum penatium* dicit Suetonius Auguſti c. 92.

Atrii vocabulo, quo multi Græcum αὐλὴν reddere ſoliti ſunt, proprie de domo græca uti non licet, ſi fides Vitruvio vi. c. 10. cujus verba ex Codice Gudiano Guelferbytano emaculata ponam : *Atriis,* inquit, *Græci quia non utuntur, neque ædificant, ſed ab janua introeuntibus itinera faciunt latitudinibus non ſpatioſis, et ex una parte equilia, ex altera oſtiariis cellas, ſtatimque januæ interiores finiuntur. Hic autem locus inter duas januas græce θυρωρεῖον appellatur. Deinde eſt introitus in periſtylum.* Ubi vulgo male interpolatum legitur *neque noſtris moribus ædificant—equilia, et ex altera oſtiariis.*

*Impluvium* Virgilius recte mihi Græcorum αὐλὴν interpretatus eſſe videtur ; ita enim video Ciceronem in Ver-

rina i. 19. 23. et 56. impluvium porticibus cinctum tradere; memorat enim in ædibus Verrinis columnas in mediis ædibus vel ad *impluvium locatas et ſtantes.* Non ſatis accurate Clavis Ciceroniana μεσαύλιον interpretatur *impluvium, ubi dii penates more Græco colerentur.* Quamvis Gloſſæ veteres μεσαύλιον *atrium* et *compluvium* interpretentur. De uſu recentiore vocabuli præclare H. Valeſius ad Evagrii h. eccl. iv. 3. Rectius idem vir doctus locum Quinctiliani comparavit Inſtitut. orator. xi. 2. *primum locum veſtibulo quaſi aſſignant, ſecundum atrio, tum impluvia circumeunt, nec cubiculis modo aut exedris, ſed ſtatuis etiam ſimilibuſque per ordinem committunt.* ubi vulgo *ſtratis* pro *ſtatuis* editum, in libro Gothano *ſtatus* ſcriptum legitur.

Jovis Hercei aram in aula poſitam domus Ulyſſeæ commemorat Homerus Odyſſeæ X. ubi occiſis procis cantor ſupereſt Phemius, juxta ὀρσοθύραν ſtans, et dubitans ſecum

ἢ ἐκδὺς μεγάροιο Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν
ἑρκείου ἕζοιτο τετυγμένον, ἔνθ᾽ ἄρα πολλὰ
Λαέρτης Ὀδυσεύς τε βοῶν ἐπὶ μηρί᾽ ἔκηαν·
ἢ γούνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα.

Huic ſupplici ſibi facto cum Medonte Ulyſſes parcit, ſed conclavi excedere et in aula conſidere jubet ἐξελθόντες μεγάρων ἕζεσθε θύραζε ἐκ φόνου εἰς αὐλήν. Juſſis parent Phemius et Medon τὼ δ᾽ ἔξω βήτην μεγάροιο κιόντε, ἑζέσθην δ᾽ ἄρα τώγε Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμόν.

Poſtremus eſt locus Odyſſeæ X. ubi Telemachus cæde procorum patrata ſervas impudicas occidit jubente patre:

δμωὰς ἐξαγαγόντες εὐσταθέος μεγάροιο,
μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς
εἴλεον ἐν στείνει, ὅθεν οὔπως ἦεν ἀλύξαι.
———καὶ πεῖσμα νεὼς κυανοπρῴροιο
κίονος ἐξάψας μεγάλης περίβαλλε θόλοιο
ὑψόσ᾽ ἐπεντανύσας, μήτις ποσὶν οὖδας ἵκηται.

Videtur locus ille fuiſſe extra aulam. Nam et Melanthium poſtea plectens Telemachus conclavi educit ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλήν, ne ſcilicet ædes cum aula cæde et cruore polluerentur. Tholum Euſtathius *domunculam ro-*

*tundam reponendis utenſilibus, tabulis, crateribus, poculis ſervientem* interpretatur, quo auctore, neſcio.

Ceterum domus græca cum romana periſtyli ſed unici, uti videtur, uſu maxime conveniebat, contra partium et cubiculorum deſcriptione et diſtributione in andronitin et gynæconitin præcipue diſcrepabat. Periſtyli uſum Etruſcis neſcio quo auctore adſcripſit Diodorus Siculus v. 40. ἔν τε ταῖς οἰκίαις τὰ περίστοα πρὸς τὰς τῶν θεραπευόντων ὄχλων ταραχὰς ἐξεῦρον εὐχρηστίαν παρέχοντα. ubi verſio latina habet: *porticus ad avertendum turbæ ſervorum et clientum ſtrepitus et moleſtias.* ubi ſingularis eſt dictio θεραπεύοντες ὄχλοι, ſi ad ſervitium referas, cujus cellæ circum porticus periſtyli erant diſpoſitæ: contra clientes in atrium admittebantur, quod an cum periſtylo comparari poſſit recte, equidem ignoro.

Alterum vocabulum Homero fere peculiare, quod in partibus domorum regiarum fere tantum poſitum reperitur, eſt αἴθουσα. Grammatici varie interpretati ſunt, velut Etymologicum M. αἴθουσαι, αἱ στυλωταὶ καθέδραι, περίστυλα ἔχουσαι.—σημαίνει δὲ τὴν καταφωτιζωμένην στοὰν καὶ τὴν μετὰ τὸν πυλῶνα παστάδα. Quæ gloſſa pertinet ad Iliadis Υ. verſum 10. ἐλθόντες τ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο (dii convocati ad concilium veniunt in regiam Jovis) ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον. (inſident porticibus ex lapide politis) ubi ſequebantur alii ſcripturam ἐνίζανον, alii ἐνίδρανον, Zenodotus ἐφίζανον ſcripſit, αἰθούσας interpretatus θρόνους ἢ καθέδρας. Rectius auctor gloſſæ in Etym. M. explicat verbis στοαὶ καὶ στυλωταὶ ἕδραι, *porticus et ſedilia columnis appoſita.*

Apollonius criticus αἰθούσης interpretatur τῆς παραστάδος ex Odyſſ. Φ. 390. κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσης ὅπλον βύβλινον νηός. ubi velut etiam altero loco Iliad. I. 472. αἴθουσα jungitur εὐερκέος αὐλῆς mentioni. Inter ornamenta præcipua regiæ domus Priami ſunt αἴθουσαι Iliad. Z. 242. Πριάμοιο δόμον περικαλλέ' ἵκανε ξεστῇσ' αἰθούσῃσι τετυγμένον. et regiæ Alcinoi Odyſſeæ Θ. 57. πλῆντο δ' ἄρ' αἴθουσαί τε καὶ ἕρκεα καὶ δόμοι ἀνδρῶν. Veneris privata domus ἕρκεα θαλάμου habebat ſub αἰθούσῃ. Apollon. Rhod. iii. 39. ἕρκεα δ' εἰσελθοῦσαι ὑπ' αἰ-

θούσῃ θαλάμοιο ἔσταν, ἵν' ἐντύνεσκε θεὰ λέχος Ἡφαίστοιο. Scholia Veneta p. 232. partes domus ita diſtinguunt : θάλαμος, ὁ ἔσω οἶκος. τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ πρόδομος. αἴθουσα τὸ περίστυλον, τουτέστι τὸ πρὸς ἥλιον τετραμμένον παρὰ τὸ ἀεὶ αἴθεσθαι. Euſtathius ad Iliadem I. p. 669. et Baſil. αἴθουσα στοὰ περίστυλος ἡλίῳ αἰθομένη, ἧς τὸ μὲν ἐνδοτέρω πρόδομος, τὸ δὲ ἐνδοτάτω θάλαμος.—κατὰ δὲ τοὺς ἀκριβεστέρους ἡ τάξις οὕτως· ἕρκος, περὶ ὃ πύλαι· μετὰ δὲ τὸ ἑρκίον αὐλή· μεθ' ἣν αἴθουσα, εἶτα πρόδομος, δόμος θάλαμος. Plura Homeri ejuſque interpretum loca ſub aliis vocabulis relata reperiet lector; nec eſt dubium Homericam αἴθουσαν eſſe eandem cum recentiorum παστάδι, ſeu periſtylo. Cum Homero uſus vocabuli αἴθουσα neſcio quo pacto ſubito exolevit.

Μέσαυλος Homero, metri cauſa μέσσαυλος dicta, ſignificat vel *cortem ſtabula boum oviumque concludentem,* veluti Iliadis Λ. 548. βοῶν ἀπὸ μεσσαύλοιο; Cyclopis antrum cum ſtabulo ovium Odyſſeæ libro K. vel τὴν ἐπ' ἀγρῷ οἴκησιν, *villam, domum ruſticam,* interprete Heſychio, veluti Iliadis Ω. 29. ὅς (Paris) νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο. Hinc μεσαύλιος, *ſervus villaticus* dicitur Odyſſeæ Ξ. 449.

Longe aliud ſignificat Atticorum μέσαυλος vel μέταυλος θύρα. Eſt enim interprete Scholiaſte Apollonii Rhodii ad iii. 335. ἡ μέσαυλος *illa janua,* ἡ φέρουσα εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν, *quæ ducit ad domum feminis alteramque viris ſervientem.* Heſychius μέσσαυλος, inquit, θυρωρὸς, καὶ ἡ τῆς αὐλῆς θύρα. ubi ex Apollonii Lexico Homerico μέση inferendum eſt poſt αὐλῆς, janua inter aulam media. De janitore, quomodo huc pertineat, poſtea videbimus. Attici ſcriptores μέταυλον dixerunt hoc iter, cujus naturam egregie illuſtrat, quod Plutarchus Q. Symp. vii. 1. epiglottidis ſitum et officium cum μεταύλῳ comparat, ſtomachi et tracheæ aditum pro neceſſitate et lubitu hominis ambiguo miniſterio occludentis. Huc pertinet ejuſdem locus in vita Arati c. 26. de tyranno Argivo Ariſtippo τοὺς μὲν δορυφόρους καὶ φυλακὰς ἔξω παρεμβάλλειν ἐκέλευεν ἐν τῷ περιστύλῳ, τοὺς δ' οἰκέτας, ὁπότε δειπνήσαιεν τάχιστα πάντας ἐξελαύνων καὶ τὴν μέταυλον ἀποκλείων, μετὰ τῆς ἐρωμένης αὐτὸς εἰς οἴκημα κατεδύετο μικρὸν ὑπερῷον.

Audiamus nunc Apollonium Rhodium regiam Acetæ domum ita defcribentem libri tertii verfu 215. et feqq. ubi Jafonis comites adveniunt domum regis, quales in Græcia domus lautiorum hominum viderat:

*Ἔσταν δ' ἐν προμόλῃσι τεθηπότες ἕρκε' ἄνακτος*
*εὐρείας τε πύλας καὶ κίονας, οἳ περὶ τοίχους*
*ἑξείης ἄνεχον. θριγκὸς δ' ἐφύπερθε δόμοιο*
*λαΐνεος χαλκέῃσιν ἐπὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει.*

Antequam interiora luftremus, in aula vel veftibulo fubfiftamus, ut fingulas regiæ partes accuratius cognofcamus. Vocabulum *προμολὴν* Apollonius i. 1174. adhibet de ruftici cafa (*αὖλιν*) ejufque veftibulum vel aulam *προμολὴν* vocat. Scholia græca *προστάδα, πρόθυρα* et *ἐξώπυλα* interpretantur hic et aliis in locis ubi poeta vocabulum adhibet i. 260. et 320. iv. 1161. Eft vero *προστὰς* idem quod *πρόστῳον* interprete Hefychio. In Apollonio *πύλαι εὐρεῖαι* funt quæ Græcis proprio vocabulo *αὔλειοι* dicuntur. *θριγκὸν* interpres latinus *loricam* et *γλυφίδας triglypha* vertit ineptiffime: firmamentum enim *γλυφίδες* addunt, quod docet verbum *ἀρήρει*: funt igitur potius *cufpides æreæ, ex corona* forte *prominentes*, unde *ἐπὶ γλυφίδεσσι ἀρήρει* dicitur. Quanquam Scholia græca *γλυφίδας χ.* video etiam *χαλκᾶ τορεύματα* aut *χαλκᾶ κιονόκρανα* interpretari. Loricam hanc vel coronam murorum Homerus in ædibus Ulyffis fic memorat Odyff. P. 266. *ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι, θύραι δ' εὐεργέες εἰσὶ δικλίδες· οὐκ ἄν τις μιν ἀνὴρ ὑπεροπλίσσαιτο.* In lautioribus Alcinoi ædibus Odyffeæ H. 87. *περὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο* memoratur. Sed in priore loco *θριγκὸς αὐλῆς* eft *maceria aulam feu cortem cingens*; unde verbum *θριγκόω*, quod de fubulci domo ruftica ufurpat Odyffeæ Ξ. 5. quem Ulyffes rediens offendit

*ἥμενον ἐν προδόμῳ—ἔνθα οἱ αὐλὴ*
*ὑψηλὴ δέδμητο περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ*
*καλή τε μεγάλη τε, περίδρομος· ἥν ῥα συβώτης*
*αὐτὸς δείμαθ' ὕεσσιν, ἀποιχομένοιο ἄνακτος*
*ῥυτοῖσιν λάεσσι, καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ·*
*σταυροὺς δ' ἐκτὸς ἔλασσε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα*
*πυκνοὺς καὶ θαμέας, τὸ μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας·*

ἔντοσθεν δ' αὐλῆς συφεοὺς δυοκαίδεκα ποίει
πλησίον ἀλλήλων.

Eundem cortis θριγκὸν intelligere videtur Lucianus Dialog. Meretriciorum xii. τὸν Δρόμωνα ἐκέλευσα παρακύψαντα τῷ θριγκῷ τῆς αὐλῆς, ᾗ ταπεινότατον ἦν, ἀναδέξασθαί με ἐπὶ τῶν νώτων. Loricam domus ſeu coronam ubi Euripides Oreſtæ verſu 1595. dicit: ἢ τῷδε θριγκῷ κρᾶτα συνθραύσω σέθεν ῥήξας παλαιὰ γεῖσα. Scholia græca interpretantur οἱ ἐπικείμενοι λίθοι ταῖς ἐξοχαῖς τῶν δωμάτων, et θριγκὸν eundem eſſe ſtatuunt cum ea parte, quam γεῖσα dicunt Græci. Carum vocabulum Γίσσα, lapidem ſignificans annotavit Stephanus Byzantinus in voce Μονόγισσα, Timæus Grammaticus γεῖσα interpretatur οἱ λίθοι εἰς θριγκία καὶ τοίχων πρόποδας παρεσκευασμένοι. Grammaticus in Lexico rhetorico apud Ruhnkenium (in Auctario Emendat. ad Heſychium) Γεῖσα, inquit, τὸ ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς ναῶν ἢ τειχῶν ἐξέχον κυμάτιον. οἱ δὲ πρὸ τῶν θυρῶν στεγάσματα. Unde γεισίποδες, αἱ τῶν δοκῶν προταγεῖσαι προοχαί: *capita trabium prominentia*, et verbum γεισιποδίζειν, τὸ προβάλλειν τὰ γεῖσα ἐν τοῖς τοίχοις, *projicere γεῖσα vel trabum capita in parietibus:* His vero γείσοις vel trabum capitibus prominentibus adhæret θριγκὸς ſeu corona. In muris urbium γεῖσα videntur dici proprie loricæ vel pinnæ, velut in Euripidis Phœniſſis 1168. λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ ἁμαξοπληθῆ, γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο. Diodorus v. 12. ubi Melitenſium domos lautius exſtructas narrat τάς τε οἰκίας ἀξιολόγους ait καὶ κατεσκευασμένας φιλοτίμως γείσσοις καὶ κονιάμασι περιττότερον. quæ vertunt: *ſuggrundiis et albario opere elegantius excultas.*

Sed redeamus ad Æetæ regiam et Apollonii locum, qui verſu 219. et ſequentibus narrat, quæ Argonautis per portam (αὔλειον) ingreſſis in ipſa αὐλῇ occurrerunt ſpectanda, vites videlicet arbuſtivæ, et ſub iis profluentes fontes quatuor mirabilis naturæ; deinde narrantur, ut videtur, obiter, Vulcani ejuſdem, qui fontes mirabiles effoderat, opera, tauri nempe æripedes cum aratro ferreo. His omnibus locum aſſignat poeta ſtatim ab initio (verſu 219.) ἄγχι δὲ τοῖο (τοῦ οὐδοῦ) prope portam (αὔλειον) quanquam poſtea (verſu 228.) ἐνὶ μεγάροισι in ipſa regia miracula hæc

conſpecta fuiſſe dicat. Homericam Alcinoi regiam ſi comparemus Odyſſ. H. 112. hortum primum arboribus frugiferis refertum et maceria cinctum (ἕρκος dicit poeta verſu 113.) offendimus ἔκτοσθεν αὐλῆς—ἄγχι θυράων, extra aulam, juxta portam, ut videtur αὔλειον. Inſunt (horto) fontes duo, quorum alter hortum rigat; alter ab altero latere (ἑτέρωθεν) prope portam αὔλειον verſus ædes aquam effundit (ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι πρὸς δόμον ὑψηλὸν) et uſibus domeſticis Alcinoi, partim etiam communi civium uſui miniſtrat. (ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.) Sed teneamus ipſam αὐλὴν, quam ingreſſi ſunt Argonautæ per αὔλειον portam, et regiæ partes interiores, cum poeta inſpiciamus. Verſu igitur 235. pergit:

Ἐνθάδε καὶ μέσσαυλος ἐλήλατο· τῇ δ' ἐπὶ πολλαὶ
δικλίδες εὐπηγεῖς, θάλαμοί τ' ἔσαν ἔνθα καὶ ἔνθα·
Δαιδαλέη δ' αἴθουσα παρὲξ ἑκάτερθε τέτυκτο·
λέχρις δ' αἰπύτεροι δόμοι ἕστασαν ἀμφοτέρωθε·
Τῶν ἤτοι ἄλλῳ μὲν, ὅτις καὶ ὑπείροχος ἦε,
Κρείων Αἰήτης σὺν ἑῇ ναίεσκε δάμαρτι.
Ἄλλῳ δ' Ἄψυρτος ναῖεν παῖς Αἰήταο·
Τοὺς δ' ἔχον ἀμφίπολοι τε καὶ Αἰήταο θύγατρες
ἄμφω, Χαλκιόπη Μήδειά τε· ἡ μὲν ἄρ' ἤει
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσα.

Quorum verborum interpretationem latinam auctore Britanno Joanne Shaw ſed emendatam, ut ait, a ſe poſtremus Editor Lipſienſis poſuit hanc. *Tum etiam media aula exſtructa erat, inque ea multæ valuæ bene compactæ, et thalami erant hinc et illinc: artificioſa autem porticus ſeorſum ex utraque parte erat conſtructa. ex obliquo autem celſiora conclavia ſtabant utrinque, in quorum altero, quod et eminentius erat, rex Æetes cum ſua habitabat conjuge: in altero Abſyrtus habitabat filius Æetæ.* Primum, quod reprehendas, eſt a Brunckii auctoritate ductum, qui ſpreta Scholiorum interpretatione, μέσαυλος, inquit, Apollonio nihil aliud eſt quam αὐλὴ ſeu ἡ περιοχὴ, τὸ χώρημα τῆς αὐλῆς, ut idem Euſtathius exponit ad Hom. p. 883. l. 44. Deinde verbum ἐλήλαται, non eſt aut proprie aut ſimpliciter *exſtructa* eſt, ſed potius *ducta, producta eſt*, et dicitur de corpore aut

forma in longum tracta et continuata. Ita τεῖχος, τάφρον ἐλαύνειν et fimilia dicuntur. Poftea ἔπι non fignificat in ipfa μεσαύλῳ fuiffe valvas multas et thalamos, fed ad folas valuas ad extremam μέσαυλον pofitas, ut videtur, pertinet ἐπί; per valuas aditus patebat ad cubicula et per cubicula ad periftylum. Verba græca dubium relinquunt periftylum unum an geminum ad dextram itineris feu μεσαύλου et ad finiftram fuerit exftructum. Conclavia porro duo excelfiora, quæ pofita utrinque ex obliquo dicuntur, ufibus heri, alterum vero herilis filii, patentia, ad meridiem et viam publicam frontem habuiffe converfam fufpicor, fi licet conjecturam ex Xenophontis et Vitruvii notitiis ductam ad ætatem Æetæ transferre.

Eandem μέσαυλον fatis eleganter defcribit cum cubiculis muliebribus, ad quæ ducebat, Achilles Tatius ii. c. 19. de amoribus Clitophontis et Leucippes. De Leucippæ, quam Clitopho vitiare conatur, thalamo feu cubiculo ita eft: εἶχε δὲ ὁ θάλαμος αὐτῆς οὕτως· χωρίον ἦν μέγα, τέτταρα οἰκήματα ἔχον, δύο μὲν ἐπὶ δεξιὰ, δύο δὲ ἐπὶ θάτερα· μέσος δὲ διεῖργε στενωπὸς ὁδὸς ἐπὶ τὰ οἰκήματα. Θύρα δὲ ἐν ἀρχῇ τοῦ στενωποῦ μία ἐνεκλείετο. Ταύτην εἶχον τὴν καταγωγὴν αἱ γυναῖκες. καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥτε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκατέρα τὰ ἀντικρύ· τὰ δὲ ἔξω δύο τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον τὸ μὲν ἡ Κλειὼ τὸ κατὰ τὴν παρθένον, τὸ δὲ ταμεῖον ἦν. Κατακοιμίζουσα δὲ ἀεὶ τὴν Λευκίππην ἡ μήτηρ ἔκλειεν ἔνδοθεν τὴν ἐπὶ τοῦ στενωποῦ θύραν, ἔξωθε δέ τις ἕτερος ἀπέκλειε, (ἐπέκλειε rectius Codd. ut puto,) καὶ τὰς κλεῖς ἔβαλλε διὰ τῆς ὀπῆς, ἡ δὲ λαβοῦσα ἐφύλαττεν, καὶ περὶ τὴν ἕω καλέσασα τὸν εἰς τοῦτο ἐπιτεταγμένον διέβαλλε πάλιν τὰς κλεῖς, ὅπως ἀνοίξειεν. Locum ταμείου ibi annotatum vides, de quo iterum dicemus et auctoritatem Ariftophanis poetæ afferemus. In hac μεσαύλῳ quia cellam habebat oftiarius, inde factum videtur, ut ipfe janitor etiam μέσαυλος diceretur, annotante Hefychio, et contra ipfa μέσαυλος θυρωρεῖον audiebat. De hac enim intellige Vitruvii locum vi. c. 10. *Ab janua*, inquit, *introeuntibus itinera faciunt* (Græci) *latitudinibus non fpatiofis*, et ex una *parte equilia, ex altera oftiariis cellas, ftatimque januæ interiores finiuntur. Hic autem locus inter*

*duas januas græce θυρωρεῖον appellatur. Deinde est introitus in peristylon.* Contra quas Vitruvius ibidem mesaulas dixit, quasi diversas ad alienum plane locum nescio qua causa erroris permotus transtulit. *Præterea,* inquit, *dextra ac sinistra domunculæ constituuntur habentes proprias januas, triclinia et cubicula commoda, uti hospites advenientes non in peristylia sed in ea hospitalia recipiantur. Inter hæc autem peristylia et hospitalia itinera fiunt, quæ mesaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri autem eas andronas vocant.* Sed rectius Editio princeps cum Codd. Gudiano et Franekerano habet scriptum. *Inter duo autem peristylia et hospitalia itinera sunt:* Vulgata enim scriptura ponit mesaulas inter peristylia domus, quæ andronitides dicuntur, et hospitalia: at sic nullo modo mesaulæ inter duas aulas mediæ interpositæ dici possunt. Qui scripturam mutavit, ab ipso Vitruvio in errorem inductus fuisse videtur, qui si itinera ab initio capitis memorata eadem esse vel ipse meminisset vel lectores intelligere voluisset, quæ Græci μεσαύλους dicunt, ibidem mentionem vocabuli græci adjicere debebat; quod fecit demum hoc loco tam inepte, ut putes plura fuisse itinera inter duas aulas et duo peristylia mesaulas dicta. Errorem ex verbis Vitruvianis vel potius ex vitiosa Jocundi Veronensis scriptura conceptum in picturam domus græcæ transtulit Gallus *Mariette.*

Sequitur in Vitruvio definitio peristyli, quæ nos ad Xenophontis παστάδας perducet. *Id peristylum in tribus partibus habet porticus: in ea parte quæ spectat ad meridiem duas antas inter se spatio amplo distantes, in quibus trabes invehuntur, et quantum inter antas distat, ex eo tertia dempta spatium datur introrsus. Hic locus apud nonnullos προστὰς apud alios παστὰς nominatur. In his locis introrsus constituuntur œci magni in quibus matres familiarum cum lanificis habent sessionem. In prostadis autem dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unus thalamus, alterum amphithalamus dicitur. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellæ familiaricæ constituuntur. Hæc pars ædificii Gynæconitis appellatur.* Ubi nuperrima

etiam Editio Berolinenſis, quæ lectiones Editionis principis, Codicisque Gudiani et Franekerani jactat, ſine ulla varietate cum reliquis vulgatis παραστὰς pro παστὰς, et deinde *lanificiis—ſeſſiones* habet: Sed in Gudiano *partes* ſcriptum, *paſtas* vero ſuper eo vocabulo, deinde *ſeſſionem* ſcriptum ipſe legi; quam poſteriorem lectionem et *lanificis* ex Franekerano commemoravit Weſſeling Obſervat. p. 269. In germanica tamen verſione ejuſdem nuperi Editoris ſcripturam παστὰς et deinde pro varietate *antithalamus*, quod magis equidem probaverim, appoſita video. Sed jam olim Salmaſius Exercit. Plin. p. 1217. et 1218. ex Codice regio Pariſ. lectiones *apud alios paſtas—In proſtadii autem dextra* et paulo antea *In his locis etiam conſtituuntur—lanificis—ſeſſionem* commemoravit et commendavit.

De vocabulo παραστὰς ſatis copioſe et accurate dixiſſe mihi videor in Lexico græco. Pertinent nempe παραστάδες ad portam ſeu oſtium, et a poetis ſæpe pro ipſa janua ponuntur. *Antas* latine dici, et eſſe columnas ſeu pilas quadratas ad latera oſtiorum poſitas docuit Salmaſius Exercitat. p. 1216. et 1217. Addo locum clariſſimum Heronis Automat. p. 269. ἐξ ἑκατέρου μέρους τῶν θυρῶν παρὰ τοὺς στροφεῖς τύπους κενοὺς καταπεφραγμένους ἐκ τοῦ κατὰ πρόσθεν ἰδέαν ἀπεργαζομένου οἷον παραστάδων. De foribus ipſis eſt apud Euripidem Phœniſſarum verſu 426. Andr. 1118. Cum παστάσι tamen ſæpe in libris ſcriptis permutatæ reperiuntur παραστάδες, velut in Xenophontis Hierone l. c. Apollonius Criticus Homericum αἰθούσης interpretatur τῆς παραστάδος. ubi niſi librariorum eſt error, et παστάδος ſcribendum, aut uſum loquendi tunc mutatum fuiſſe, aut παστὰς ex παραστὰς contractum jam olim fuiſſe, et παραστάδες ubi *poſtes forium* ſignificant, rectius παραστάται ſcribi, credere oportet.

Antiquiſſimus ſcriptor, qui vocabulo παστὰς uſus eſſe reperiatur, Herodotus eſt, qui libro ii. 169. παστὰς λιθίνη ἠσκημένη στύλοισι καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. Apud Apollonium Rhodium i. 789. Jaſoni advenienti ad regiam Hypſipylæ miniſtræ aperiunt θύρας δικλίδας, eumque διὰ καλῆς παστάδος

ductum in conclave reginæ collocant ἐνὶ κλισμῷ ϖαμφανόωντι. ubi poetam in priore Editione posuisse ϖροδόμου διὰ ϖοιητοῖο monent Scholia, quæ simul admonent ϖαστάδα suo ævo (quo?) προστάδα, ipsam vero ϖαστάδα a cœnando (ϖάσασθαι) dici. Male vulgo in poeta δι' ἀναστάδος, in Scholiis vero ϖροπαστάδα scribi jam dudum admonuit Salmasius Exercit. p. 1217.

De andronitide sic pergit Vitruvius: *Conjunguntur autem his domus ampliores habentes latiora* (Codex Gudianus *lautiora*) *peristylia, in quibus pares sunt quatuor porticus altitudinibus, aut una quæ ad meridiem spectat excelsioribus columnis constituitur. Id autem peristylium, quod unam altiorem habet porticum, Rhodiacum appellatur. Habent autem eæ domus vestibula egregia, et januas proprias cum dignitate, porticusque peristyliorum albariis et tectoriis et ex intestino opere lacunariis ornatas, et in porticibus quæ ad septentrionem spectant triclinia Cyzicena et pinacothecas, ad orientem autem bibliothecas: exedras ad occidentem; ad meridiem vero spectantes œcos quadratos tam ampla magnitudine, uti faciliter in eis, quatuor tricliniis stratis, ministrationum ludorumque operis locus possit esse spatiosus. In his œcis fiunt virilia convivia: non enim fuerat institutum matres familiarum eorum moribus accumbere. Hæc autem peristylia domus andronitides dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur. Præterea dextra ac sinistra domunculæ constituuntur* et quæ sequuntur de hospitalibus, supra jam a nobis posita. Addit Vitruvius: *Item prothyra græce dicuntur, quæ sunt ante in januis vestibula: nos autem appellamus prothyra, quæ græce dicuntur διάθυρα.* Ubi Codex Gudianus *ante in januas* habens arguit olim scriptum rectius fuisse *ante januas.*

Supersunt vocabula ϖροστὰς et ϖρόδομος, de quibus breviter disputemus. Et de προστάδι quidem satis dictum est, ubi παστάδα explicavimus, quod est antiquius ejusdem rei vocabulum. Πρόδομον Hesychius aliique Grammatici male significatione eundem faciunt cum vocabulis προστὰς et πρόστωον, cum apud Homerum sit cubiculum sub ipsa porticu et ante thalamum dominicum positum. Sic est Ilia-

dis I. 472. πῦρ ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων. Et in Odyffea Δ. 297. hofpitibus Telemacho cum filio Neftoris lecti fternuntur ὑπ' αἰθούσῃ· ftratis hofpites minifter ducit, οἱ μὲν ἄῤ ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο—'Ατρείδης δ' ἐκάθευδε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο. ubi δόμος ὑψηλὸς eft cubiculum fublime, vel θάλαμος ὑπερῷος. Apud Apollonium Rhodium iii. 278. et 648. eft πρόδομος θαλάμοιο. et fervi apud eundem verfu 839. in hoc προδόμῳ habitabant et cubabant: ἐν προδόμῳ θαλάμοιο θυώδεος ηὐλίζοντο. Idem Apollonius iv. 471. νηοῦ πρόδομον nominat.

Servorum minifterio domini, dominæ, liberorumque infervientium cubicula non fuiffe a cubiculis dominorum longo fpatio fejuncta fed iifdem plerumque juncta aut oppofita, docere videntur multa fcriptorum græcorum loca. Claflicus hanc ad rem locus eft Xenophontis in Œconomico ix. 2. et feqq. ubi Ifchomachus novæ nuptæ ufum et commoditatem domus demonftrans inducitur. Ὁ μὲν γὰρ θάλαμος ἐν ὀχυρῷ ὢν τὰ πλείστου ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη παρεκάλει. unde apparet ufum Homericum vocabuli thalami, quo cellam promtuariam cimeliorum fignificat, apud Athenienfes duraffe. Columella autem hunc locum latine interpretatus xii. 2, 2. θάλαμον vertit *excelfiffimum conclave.*

Sequitur in Xenophonte fectione 4. demonftratio cubiculorum fervilium: Καὶ διαιτητήρια δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείκνυον αὐτῇ κεκαλλωπισμένα τοῦ μὲν θέρους ψυχεινὰ τοῦ δὲ χειμῶνος ἀλεεινά· καὶ σύμπασαν δὲ τὴν οἰκίαν ἐπέδειξα αὐτῇ ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται, ὥστε εὔδηλον εἶναι, ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τοῦ δὲ θέρους εὔσκιος, ubi verbum ἀναπέπταται et vocabulum εὔσκιος explicare videtur locus Ariftotelis Œconom. libro i. de domo: καὶ πρὸς εὐημερίαν δὲ καὶ πρὸς ὑγίειαν δεῖ εἶναι εὔπνουν μὲν τοῦ θέρους, εὐήλιον δὲ τοῦ χειμῶνος· εἴη δὲ ἂν ἡ τοιαύτη κατάβορρος οὖσα καὶ μὴ ἰσοπλατής. unde difcere mihi videor ἀναπέπταται fignificare domum in longitudinem verfus meridiem patentem et porrectam, a borea vero averfam. Quomodo vero eadem domus hieme quidem calida, utpote foli meridiano oppofita et patens, æftate

vero frigida, utpote umbrofa, id eft a fole averfa, dici et effe poffit, equidem non intelligo. Sed fi in fede vocabuli εὔσκιος collocaveris Ariftotelicum εὔπνους, difficultatem omnem plane expedieris: quippe credere oportet, per regionem Atticam dominari ventos æftate conftanter folis calorem refrigerantes; boream vero hominum valitudini frigore fuo et natura damnum inferre folitum.

Denique Ifchomachus Xenophonteus partem domus habitationi atque ufui muliebri fervientem a virili feparatam demonftrat conjugi fect. 5. medio balneo, ne quid clam efferri poffit, neve fervæ cum fervis promifcue effe et concumbere poffint: Ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραν βαλανείῳ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ἵνα μήτε ἐκφέρηται ἔνδοθεν ὅ τι μὴ δεῖ, μήτε τεκνοποιῶνται οἱ οἰκέται ἄνευ τῆς ἡμετέρας γνώμης. In quo loco vocabulum θύραν a manu aliena infertum fuiffe recte fufpicatur *Heindorf*, Profeffor Berolinenfis. Neque enim ad rem facit, nec græce θύρα γυναικωνῖτις dicitur, quæ ad gynæconitin ducit. In pictura Galli *Mariette*, quæ domus Atticæ formam defignat, locum balneo affignatum nullum video, nec a Vitruvio omnino commemoratum.

Loci Xenophontei et vulgatæ in eo lectionis interpretatio fupereft, quam verba ipfa per fe fpectata, nullo tormenti genere adhibito, nec admittere nec offerre videntur. Sed locus Memorabilium Socratis dictorum is ipfe, ad quem illuftrandum hæc fcribere inftitui, comparatus docet εὔσκιος referri ad παστάδας ante ædes et andronitin collocatas: ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει, τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος σκιὰν παρέχει. Itaque verba Xenophontis, ubi domus anteriora, meridiano foli oppofita, altiora fieri jubet, quo melius folis radii per porticum ad appofitum periftylo conclave penetrare illudque calefacere poffit, plane mihi convenire videntur cum Vitruvianis, ubi porticum, quæ ad meridiem fpectat, excelfioribus columnis conftitui ait in andronitide. Id autem genus periftyli Rhodiacum appellari refert. Alia ratione ufus reperitur Columella de R. R. i. 6, 2. ubi villæ par-

tem urbanam defignavit: *Ambulationes,* inquit, *meridiano æquinoctiali fubjectæ fint, ut hieme plurimum folis et æftate minimum recipiant.* Nullo igitur modo comparare locum hunc Columellæ cum Xenophonteo in Memorab. licet, quod tamen inconfulte fecit Nicolaus Loënfis Mifcell. Epiphyll. iv. 24.

Θαλάμου Homerici et Xenophontei feu cellæ penariæ cimeliis reponendis et fervandis aptæ et fublimis locum fupra vidimus. Reliquos locos Homericos de θαλάμῳ nunc annotabimus. Pro penu fimiliter dicitur Odyff. B. ὑψόροφον θάλαμον κατεβήσατο πατρὸς εὐρὺν ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο. Tertius locus eft Odyff. X. 109. et 140. θαλάμοιο μυχὸν κάτα Odyff. X. 180. Sed Iliadis P. 36. μυχῷ θαλάμοιο νέοιο eft de cubiculo nuptiali. Pro thalamo Xenophonteo Ariftophanes in Pluto verfu 811. nominat fimpliciter ὑπερῷον, ficis ficcatis conditis refertum: iterumque Equitum verfu 1001. Cubiculum nuptiale feriores poetæ plerumque θάλαμον dixerunt, Theocritus Idyll. xviii. 3. νεόγραπτον. Analecta Brunckiana ii. p. 34. no. 98. κροκόεις παστὸς ἔσω θαλάμων πίτνατο νύμφα. ubi παστὸς ipfum lectum nuptialem fcena fuperne tectum vel veftibus croceis fignificat. Apollonius Rhodius i. 775. καλύβας vocavit. νηγατέῃσιν ἐεργόμεναι καλύβῃσι νύμφαι· ubi Scholia ταῖς διὰ τῶν ἱματίων κατεσκευασμέναις ἃς καλοῦσι παστοὺς recte interpretantur. Ita vocat etiam Lucianus ii. p. 215. ed. Bipont. Diverfum natura et fignificatione vocabulum παστὰς alibi tractamus. Ταμιείου feu penariæ cellæ ordinariæ locum indicat Ariftophanes Ecclefiaz. verfu 14. στοάς τε καρποῦ καὶ βακχείου νάματος. quem locum refpiciens Photius στοαὶ, τὰ ταμιεῖα· παραμήκη γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς. Scilicet in porticu periftyli una alterave erat etiam cella penaria: quare Ariftophanes στοὰς pro ταμιεῖα dixit. Eundem cellæ locum arguere videtur etiam locus Platonis in Protagora p. 95. cujus præcipua verba partes domuum græcarum fignantia hæc funt: Στάντες ἐν τῷ προθύρῳ διελεγόμεθα—ὁ θυρωρὸς εὐνοῦχός τις, κατήκουσεν ἡμῶν,—ἐπειδὴ γοῦν ἐκρούσαμεν τὴν θύραν, ἀνοίξας—καὶ ἅμα ἀμφοτέραιν ταῖν χεροῖν τὴν θύραν—ἐπήραξε καὶ ἡμεῖς πάλιν ἐκρούομεν· καὶ ὃς

ἐγκεκλεισμένης τῆς θύρας ἀποκρινόμενος εἶπεν—ἐπειδὴ δ' ἐσήλθομεν κατελάβομεν Πρωταγόραν ἐν τῷ προστόῳ περιπατοῦντα, ἑξῆς δ' αὐτῷ συμπεριεπάτουν. et p. 97. Τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα Ἱππίαν καθήμενον ἐν τῷ καταντικρὺ προστόῳ ἐν θρόνῳ· περὶ δ' αὐτὸν ἐκάθηντο ἐπὶ βάθρων—Πρόδικος δ' ὁ Κεῖος ἦν ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις κατάλυσιν πεποίηκεν. Ubi vides πρόθυρον eſſe locum ante μέσαυλον θύραν et cellam θυρωροῦ: qui dominum alienæ domus videre et cum eo loqui vult, hanc μέσαυλον θύραν pulſat, quod græci κρούειν dicunt, contra domo exiturus eandem januam κόπτει, ut qui forte in anguſto itinere ante portam adſtiterit, ſibi caveat.

Locus Lyſiæ in oratione contra Eratoſthenem p. 12. eſt, ubi domus διόροφος breviter deſcribitur. Οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ubi multa et fruſtra tentavit Reiſke, cum non meminiſſet duplicem dici domum, quæ ſolenniter διόροφος dicitur. Hinc p. 27. in eadem oratione: ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. Adulterum per θύραν αὔλειον et μέταυλον obrepentem ubi Lyſias memorat p. 20. ait: ὅτι ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος.


Ruſticas Aſiaticorum Græcorum domos obiter deſcribit Galenus de Antidotis i. 3. cujus locum poſui ad Columellæ i. 6, 20. et Palladii i. 21. p. 28. cujus poſteriorem ſaltem partem huc referendam cenſeo. Οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι οἶκοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχουσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρᾳ τεταγμένην ἐξέδραν, ἑκατέρωθεν δὲ αὐτῆς κοιτῶνας, καθ' οὓς ἄνωθέν ἐστιν ὑπερῷα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων, ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους οἴκου τοῦ μεγάλου, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. Cujus equidem notitiæ vim omnem partiumque nexum explicare propter deſcriptionis cum aliorum ſcriptorum locis non facile comparandæ brevitatem non poſſum, nec jam vacat: reliqua vero fuerunt a me illuſtrata aliquatenus in annotationibus ad Columellæ et Palladii locum laudatum.

Ἀμφίθυρος οἰκία eſt apud eundem Lyſiam Reiſkii p. 393.

quæ poſticam et anticam januam habet; et de eadem p. 394. dicitur ἐκείνων ἐπὶ τῇ αὐλείῳ θύρᾳ τὴν φυλακὴν ποιουμένων. Τριῶν δὲ θυρῶν οὐσῶν, ἃς ἔδει μὲ διελθεῖν, ἅπασαι ἀνεωγμέναι ἔτυχον. Tertiam domus ἀμφιθύρου portam Taylor τὴν Παράθυραν intelligi cenſet.

His ſcriptis et formulis ſtanneis expreſſis reperi quæ vocabuli πρόθυρον et αὐλῆς ſignificationem illuſtrare videntur: itaque hic ſtatim ea ſubjungenda cenſui.

Πρόθυρον εὐτείχες θαλάμου *columnis fultum* memorat in nobili comparatione ab initio Odæ Olympicæ vi. Pindarus et Plutarchus in Solone extremo de Atlantide a Platone cœpta ſcribi; πρόθυρα μὲν μεγάλα καὶ περιβόλους καὶ αὐλὰς τῇ ἀρχῇ περιέθηκεν. In Oratore Cicero *Veſtibula*, inquit, honeſta aditusſque ad cauſam faciet illuſtres. In Pindaro Scholiaſtes græcus πρόθυρον interpretatur προπύλαιον, alter vero ex Codice Goettingenſi proditus diſcrimen alienum ſtatuit inter vocabula θάλαμος, μέγαρον, et μέλαθρον. Alibi Pindarus cum laudibus carminum ſuorum accedere ſe velle profitetur ad domum victoris, ubi Iſthmicæ viii. verſu 4. eſt πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου παρὰ πρόθυρον ἰών. Unde Nemeacæ v. verſu 97. cum Æginæ laudes memorare vellet, προθύροισιν Αἰακοῦ στεφανώματα φέρειν dixit. Idem ſignificare voluit Nem. i. 29. ἔσταν δ' ἐν αὐλείοις θύραις ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος, cum θύραν αὔλειον nominaret, ut προθύρῳ proximam. Denique domum Herculis Thebani indicare cum vellet Nem. iv. 39. Ἡρακλέος ὀλβίαν αὐλὰν, ſimiliter Amphitruonis domum Nem. x. 29. αὐλὰν dixit, quia per θύραν αὔλειον, deinde per αὐλὴν poſtea per πρόθυρα aditus ad domum patebat.



# L. C. VALCKENAERII ET D. RUHNKENII

# ANNOTATIONES

IN

# XENOPHONTIS MEMORABILIA.

X

# L. C. VALCKENAERII ET D. RUHNKENII

# ANNOTATIONES

## IN

# XENOPHONTIS

# ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ] *Libros* vocat A. Gellius N. A. xiv. c. 3. *quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit Xenophon.* Ciceroni de N. D. i. c. 12. citatur *Xenophon in iis, quæ a Socrate dicta retulit.* Græcis ἀπομνημονεύματα, rarius dicuntur ὑπομνημονεύματα· ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα Diogeni Laert. iii. 34. ἀποφθέγματα Σωκράτους in Scholiis MSS. in Ariſtid. ſecundum Theonem in Progymn. c. v. Ἀπομνημόνευμα πρᾶξίς ἐστιν ἢ λόγος βιωφελής. Ipſe Xenophon in Epiſtolis Socrat. xviii. πεποίημαι δέ τινα ἀπομνημονεύματα Σωκράτους: hos commentarios miſſurum ſe ſcribit examinandos amicis; Ep. xxii. vereri ſe, an perſona Socratis ſatis ſint digni: ſed illud inprimis notabile, quod ſcribit in Epiſt. xv. p. 38, 10. δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς συγγράφειν, ἅποτε εἶπεν ἀνὴρ καὶ ἔπραξεν· καὶ αὕτη ἀπολογία γένοιτ᾽ ἂν αὐτοῦ βελτίστη εἰς τὸ νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἔπειτα. Hæc ἀπομνημονεύματα præbent Xenophonteam Socratis Apologiam: reſpondet enim in his Xenophon ad ſingula accuſationis capita: præterea in Arte Rhetor. inter Opera Dionyſ. Halic. ii. p. 103, 34. Socratis ἐγκώμιον ſcripſiſſe dicitur Plato ἐν ἀπολογίας σχήματι· Xenophon autem ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν· ὡς γὰρ ἀπολογούμενος ὑπὲρ Σωκράτους ἐγκώμιον Σωκράτους περαίνει. Quæ vulgata proſtat ut Xenophontis Σωκράτους ἀπολογία, eſt illa hoc ingenio capitali, ſi quid judico, prorſus indigna, ab eodem conflata, cui finem Cyropædiæ debemus et alia quædam, quæ vulgo leguntur ut Xenophontea.—Ceterum ex his eximiis li-

bellis dictorum factorumque Socratis, popularis Socratis est philosophia petenda, non ex Dialogis Platonis Socrati multa tribuentis, de quibus ne cogitavit quidem, ex Pythagoreorum hausta commentariis. *Valcken.*

## IN LIB. I.

1, 18. Τοὺς ἀμφὶ Θρασύλον καὶ Ἐρασινίδην] Xenophon de re sua ætate omnibus nota tantum scripsisse videtur: ἐπιθυμήσαντος τοῦ δήμου παρὰ τοὺς νόμους ἐννέα στρατηγοὺς μιᾷ ψήφῳ ἀποκτεῖναι πάντας· recentior ad hæc adjecisse, τοὺς ἀμφὶ Θρασύλον καὶ Ἐρασινίδην. quæ mihi minus etiam commode verbis videntur Xenophonteis interjecta; scripta tamen ab historiæ veteris perito. Nomina quidem x. Ducum alio ordine recensentur Xenophonti Ἑλλ. i. 5, 16. quem sequitur Diodor. Sic. xiii. c. 74. sed a Philochoro junctim videntur memorati Thrasyllus (Θράσυλλος an Θρασύλος scribatur perinde est:) et Erasinides: ubi enim Aristoph. Ran. v. 1227. ἐστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου· in Scholiis dicuntur morte damnati, οὗτός τε καὶ—Θράσυλλος, Περικλῆς, Ἀριστοκράτης, Διομέδων, ὥς φησι Φιλόχορος. Lysias Orat. xxi. p. 376. memorat τοὺς μετὰ Θρασύλλου δέκα, et paulo post Ἐρασινίδην. Pausan. vi. p. 470. Ἀθηναίοις ἐς Θράσυλλον καὶ τοὺς ἐν Ἀργινούσαις ὁμοῦ τῷ Θρασύλλῳ στρατηγήσαντας προπετείας ἔστιν ἔγκλημα. Diodoro Sic. xiii. c. 101. hi duo quoque fuerant memorati Θράσυλλος καὶ Ἐρασινίδης· non Καλλιάδης· quod et Wesseling. suspicabatur. Decepit is locus Nath. Forsterum notis in Platonis Apol. Socr. p. 349. alterius tum loci Diodori immemorem. Alibi raro hi duo nominantur; et, ubi infortunii circa Arginusas et calamitatis ducum fit mentio, fere tantum οἱ δέκα στρατηγοὶ memorantur.—Quod Socratem ait Xenophon populum super ea re noluisse in suffragia mittere, οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι, (conf. T. H. in Lucian. i. p. 158.) idem aliis verbis expressit Ἑλλ. i. 7, 16. et Ἀπομν. iv. 4, 2. Diogeni Laertio dicitur ii. 24. μόνος ἀποψηφίσασθαι τῶν δέκα στρατηγῶν, *solus absolvisse decem duces.* quæ pervertit interpres Latinus: ceteris enim Prytanibus *solus ego* ἐναντία ἐψηφισάμην, inquit in Platonis Apologia Socrates. *Valcken.*

2, 16. Ἀποπηδήσαντε Σωκράτους] Hunc locum respicientes Ælian. V. H. iv. 15. et Olympiodorus Comment. MS. in Platonis Gorgiam, alter pro ἀποπηδήσαντε, ἀποδράντες alter ἀποφοιτήσαντες, scripserunt. Quæ verba proprie dicuntur de *discipulis, qui magistri scholam temere, aut cum contemtu relinquunt.* Plato Gorg. p. 298. E. πρᾳότερόν με προδίδασκεν, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. Liban. Ep.

79. ἔπειτα παρ' ἡμῶν ὡς τάχιστα ἀπεπήδησεν. Vide L. Bos Proleg. ad Hoſeam vii. 13. et J. Toupium Emend. in Suid. tom. iii. p. 327. Ceterum miretur aliquis, Iſocratem Buſirid. p. 222. C. negare, Alcibiadem a Socrate eruditum eſſe. Sed Iſocrates quomodo intelligendus ſit, docet Olympiodorus Comment. MS. quem modo laudavimus: ἄλλως τε δὲ, οὐδὲ πολὺν χρόνον παρέμεινεν Ἀλκιβιάδης Σωκράτει, ὡς δρᾶσαί τι εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τοὺς λόγους. ἀμέλει καὶ Ἰσοκράτης μέμνηται τούτου ἐν τῷ Βουσίριδι λέγων· ὃν οὐδεὶς ᾔσθετο παρ' αὐτῷ παιδευόμενον. δηλονότι διὰ τὸ ὀλίγον τοῦ χρόνου. *Rubnk.*

2, 20. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι] Legit iſta Plato ἐν τοῖς ἐλεγείοις Theognidis, excitans in Menone tom. ii. p. 95. et videntur, quæ nobis ſuperſunt, Theognidea ex variis Elegiis conflata.—His iiſdem verſibus uſi ſunt Xenophon in Symp. p. 511, 4. (partim Ariſtoteles Eth. Nicom. x. c. 12.) Muſonius Stobæi p. 371, 50. Clem. Alexandr. Strom. v. p. 677, 32. conf. Th. Gataker. A. M. i. 5. p. 174. E. In his quæ reperitur apud pleroſque lectio, διδάξεαι, vulgatæ videtur μαθήσεαι præferenda: συμμιχθῇς legatur an συμμιγέης, perparum intereſt. *Valcken.*

2, 22. εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας.] Omnino hæc lectio præferenda alteri ἐγκυλισθέντας. Eſt quidem apud Aſpaſium ad Ariſtotel. Nicom. vii. p. 127. ἀεὶ πρὸς ἡδονὰς ἐγκυλίονται. ſed rectius ibid. ix. p. 149. τὸν ἐκ σπουδῆς εἰς φαυλότητα ἐκκυλισθέντα. Eadem forma dicitur ἐκφέρεσθαι, ἐξοκέλλειν, ἐξολισθαίνειν, ἐκχύεσθαι πρὸς ἡδονάς. At ἐγκυλίεσθαι dativo jungitur apud eundem Aſpaſium vii. p. 128. οὐ γὰρ ἀεὶ τῷ πάθει ἐγκυλίεται. et paullo poſt: ἄμφω γὰρ ταῖς ἡδοναῖς ἐγκυλίονται. Athenæus vi. p. 262. B. τοσαύταις ἐγκαλινδούμενον λιχνείαις. *Rubnk.*

2, 24. ὑπὸ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος] Habet ex hoc loco Philoſtratus V. A. iv. p. 165. ὁ καλός τε καὶ ὑπὸ τῶν καλῶν γυναικῶν θηρευόμενος. *Idem.*

2, 30. Ὅτι ὑϊκὸν δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας] Syllabam a vicina litera hic abſorptam puto, ſcribendumque ὅτι οἱ ὑϊκὸν δοκοίη π. id eſt αὐτῷ· quod in his adeſt apud Suidam in v. Ὑεικόν· et in Photii Lex. MS. ὅτι ὑεικὸν (ſic legitur et ap. Thom. M. in Ὕειον· ſed præſtat alterum:) αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας Εὐθυδήμῳ προσκνήσασθαι ἐπιθυμῶν. Verbum Xenophontis adhibuit, in nomine lapſus, Maximus Tyr. xxvi. 8. Κριτόβουλος Εὐθυδήμῳ προσκνήσασθαι ἐρᾷ. Protulit ibi Xenophontea D. Heinſius p. 57. cujus notæ locum invenire debuerant in edit. Londin. Dionis Chryſoſt. Or. vi.

p. 90. B. Diogenes pifces dicebat, ὅταν δέωνται τὸ σπέρμα ἀποβαλεῖν, ἐλθόντας ἔξω προσκνᾶσθαι πρὸς τὸ τραχύ. *Valcken.*

2, 30. ὅτι ὑϊκὸν δοκοίη πάσχειν] Imitatur, quanquam in alia re, Plutarchus de Vitiof. Pudor. p. 535. F. καὶ μὴ πάθος πάσχειν ὑῶδες, ὑπὸ κνησμοῦ καὶ γαργαλισμοῦ παρέχοντα χρῆσθαι ῥᾷστα τῷ δεομένῳ. Rem ipfam cum verbo προσκνᾶσθαι hinc fumfit Max. Tyrius Diff. xxvi. p. 317. *Ruhnk.*

2, 31. τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις] Scilicet τὸ ἀδολεσχεῖν περὶ τῶν μετεώρων, quod Scholiaft. Ariftoph. ad Nub. 97. κοινὸν τῶν φιλοσόφων ἔγκλημα vocat. Comici quoties philofophos ἀδολέσχας dixerint, nemo nefcit. Plato Phædon. p. 381. B. Οὔκουν γ', ἂν οἶμαι εἰπεῖν τινα νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ κωμῳδοποιὸς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ. ubi refpicit Eupolidis verfus, quos Olympiodorus Comm. MS. in Phædonem confervavit: Τί δῆτα ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχὸν, ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν· ὁπόθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου δὲ κατημέληκε. Forte eofdem verfus una cum Ariftophanis Nubibus in animo habuit Xenophon. Œconom. xi. 3. καὶ ταῦτα ὢν ἀνὴρ, ὃς ἀδολεσχεῖν τε δοκῶ, καὶ ἀεροματρεῖν, καὶ τὸ πάντων δὴ ἀνοητότατον δοκοῦν εἶναι ἔγκλημα, πένης καλοῦμαι. Maximus quidem Tyrius Diff. xxiv. p. 293. Socratem ab Ariftophane πένητα καὶ ἀδολέσχην appellatum dicit. Sed confundit Eupolidem cum Ariftophane. Nam etfi Socrati in Nubib. ver. 175. fames exprobratur, tamen non diferte πένης aut πτωχὸς vocatur. Eupolidis verfus etiam laudant Etymol. M. p. 18. 9. et Proclus Comm. MS. in Platonis Parmenidem, cujus locum ponam, fi forte ad numeros verfuum reftituendos prodeffe poffet: αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν κωμῳδοποιῶν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἅπαξάπαντας, καὶ τοὺς ὑποδυομένους εἶναι διαλεκτικοὺς, ὡσαύτως ὀνομαζόντων· Μισῶ δὲ καὶ Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην, ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις. ubi ante ἢ Πρόδικος excidit καὶ, alterius verfus indicium. Nam Ariftophanis verfus eft pofterior, non Eupolidis. Schol. ad Nub. 360. Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς·

Τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ βιβλίον διέφθειρεν,
Ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις.

Sic illud fragmentum bene correxit Kufter. ad Suid. v. Πρόδικος. *Idem.*

2, 37. τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων] Similitudines et exempla, quæ Socrates a fullonibus, coriariis, figulis petere folebat, fæpe Sophiftis rifui fuerunt. Callicles apud Platonem Gorg. p. 299. B.

καὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύῃ. Adde Dion. Chryf. Or. lv. p. 560. D. 564. A. et Liban. Apol. Socrat. p. 643. C. Sed hanc differendi rationem plus habuiffe in receffu, quam fronte promitteret, præclare docet Plato Sympof. p. 335. G. *Rubnk.*

2, 48. καὶ Φαίδων δὲ] MS. Leid. habet: καὶ Φαιδώνδης, ut in Codice fuo reperit Beffarion. Quam lectionem fi fequamur, non Phædon Eleus intelligendus, fed Phædondes Cyrenæus, qui, tefte Platone in Phædon. p. 376. B. morienti Socrati affuit. Is apud Auctor. Epift. Socratic. p. 36. et Suidam v. Σωκράτης non patronymica forma Φαιδώνδης, fed primitiva Φαίδων dicitur: de qua formarum commutatione difputavimus in Hiftor. Crit. Orat. Gr. p. 90. 100. *Idem.*

2, 52. Τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους] De Pericle paulo ante loquuto hic in mentem veniffe fufpicor Xenophonti in Thucydidis hiftoria fibi lecta (ii. c. 60.) ubi de fe Pericles, οὐδενὸς, ait, οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα· multos illa habuerunt imitatores, non certe antiquiorem Xenophonte, cui hoc egregium præbet teftimonium Diogenes Laert. ii. 57. ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα, ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. Hac etiam in parte Platoni præftitit Xenophon. vid. Diogenes Laert. ix. 40. *Valcken.*

Ibid. ὥστε μηδαμοῦ] Etfi me non pœnitet conjecturæ, μηδὲν μηδαμοῦ, qua Xenophonti exquifitum Atticifmum reftitui, ut apud Euripid. Iphig. Taur. 115. δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ. nunc tamen pronior fum in eam partem, ut vulgatam fervandam putem. Ariftides tom. ii. p. 268. eadem conftructione: καὶ τὸ χαρίζεσθαι μηδαμοῦ τιθέντας πρὸς τὸ βέλτιστον. Sic alii μηδαμοῦ τιμᾶν dicunt pro *nihili facere.* Vide Abrefch. Animadv. ad Æfchyl. iii. p. 91. Eft igitur μηδαμοῦ εἶναι fimile Latino, *nullo loco effe*, μηδαμοῦ τιθέναι, *nullo loco numerare,* ut loquitur Cicero de Fin. ii. 28. *Rubnken.*

2, 58. τοὺς δημότας] Zonaras Lexico MS. Δημότην οἱ Ἴωνες τὸν τῶν πολλῶν ἕνα. οὕτως καὶ Ἡρόδοτος. τῶν δὲ Ἀττικῶν μόνος Ξενοφῶν. οἱ δ' ἄλλοι τοῦτον μὲν δημοτικὸν, δημότην δὲ, τὸν τοῦ αὐτοῦ δήμου, ὡς φυλέτην, τὸν τῆς αὐτῆς φυλῆς, καὶ λοχίτην, τὸν ἐν τῷ αὐτῷ λόχῳ καταΤεταγμένον. Vide de Rep. Athenienf. p. 692. A. ubi δημόται et δημοτικοὶ promifcue dicuntur. *Idem.*

2, 60. ὧν τινες μικρὰ μέρη] Oblique carpit tum alios Socratis difcipulos, tum inprimis Ariftippum, qui primus Socraticorum philofophiam mercede docere inftituit. Etiam difputationes de

voluptate ii. 1. de bono et pulchro iii. 8. alieni ab Ariſtippo animi indicium habent. Vide Phaniam apud Diog. Laert. ii. 65. Quæ cum ita ſint, Auctor Epiſt. Socrat. p. 43. qui Ariſtippum facit Xenophontis hoſpitio in Scillunte utentem, minus commode finxiſſe dicendus eſt. *Rubnken.*

2, 61. Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων] Hunc locum, vix verbis mutatis, a Xenophonte ſumſit Plutarch. Cimone p. 484. F. καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαστὸν γενόμενον, ἢ ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς Γυμνοπαιδίαις ἐδείπνιζεν. Ejuſdem convivia memorat idem in Politic. Præc. p. 823. D. Hunc autem Lichan non diverſum ponimus a Licha, Arceſilai F. de quo plura Thucydid. v. 51. et Xenophon Hellen. iii. 2, 21. Sane bigæ, quas ad ludos Olympicos miſit, argumento ſunt, opibus abundaſſe hominem. *Idem.*

3, 4. οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν] Expreſſit Ibyci, antiquiſſimi Lyrici, verſus, quos Plato affert in Phædro p. 243. B. καί πως ἐδυσωπούμην, μήτι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω. Vide quæ notavimus ad Timæi Lex. Plat. p. 66. *Idem.*

3, 5. τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι] In hanc ſententiam et in his commentariis multa leguntur, et ubi Regem nobis effinxit in K. Π. Socraticum: ex gr. iv. p. 62, 1. Κῦρος ἔλεγεν, ὄψον μὲν τὸν λιμὸν &c. Socrates ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν, ſecundum Porphyrium π. 'A. iii. p. 136. Cicero de Fin. ii. c. 28. *Socratem—audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim.* In hujus Tuſcul. v. c. 32. *Scythes Anacharſis, mihi, ait, cubile terra; pulpamentum, fames.* horum loco ſatis abſurde legitur in Epiſt. Anacharſidis Græca p. 349. Ἐμοὶ—κοίτη δὲ πᾶσα γῆ. antequam ſic depravarentur, olim ita ſcripta videntur: Ἐμοὶ—κοίτη, γῆ· ὄψον, λιμός. Horum æmulus Diogenes Sinopenſis λιμῷ μὲν ἐχρῆτο καὶ δίψῃ πρὸ τῆς τροφῆς ἑκάστοτε· καὶ ἐνόμιζε τοῦτο—δριμύτατον τῶν ὄψων, ut ſcribit illius admirator Dion Chryſ. Or. vi. p. 89. B. Varronis e libello de liberis educ. quæ ſervavit Nonius Marc. p. 88, 12. *vel maxime illic didici, et ſitienti videri aquam mulſam* (*mulſum* hic malim,) *eſurienti panem cibarium ſiligineum* &c. deſumta ſunt ex Xenophontiis in K. Π. p. 4, 10. ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν—ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν. *Valcken.*

Ibid. Τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον] In hoc dicto imitando ipſi veteres certarunt. Teles apud Stob. Tit. v. p. 69. ἢ οὐκ ὄψον ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον παρασκευάζω σοι τὴν πεῖναν; Onoſander Strateg. p. 47. ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν πόνων λιμὸς καὶ τὸ δίψος, ἱκανὸν ὄψον ποιεῖ, καὶ

γλυκὺ κρᾶμα. Dio Chryf. Or. vi. p. 89. B. λιμῷ μὲν ἐχρῆτο καὶ δίψει. καὶ ἐνόμιζε τοῦτο ἱκανώτατον καὶ δριμύτατον τῶν ὄψων. Bis diverfis modis idem expreffit Cicero de Fin. ii. 28. et Tufc. Difpp. v. 34. ubi vide Davifium. *Rubnk.*

3, 9. ἢ τῶν ἐραστῶν] Mendofa lectio. Quis enim σωφρονικοῖς opponat ἐραστάς? Nec multo melius eft θρασέων, quod in MS. fuo reperit Leunclavius, habetque Cod. Leidenf. cum θρασὺς vix differat a ῥιψοκινδύνῳ, quod ftatim fequitur. Forte Xenophon fcripfit: ἢ τῶν ὑβριστῶν. Nam σώφρων et ὑβριστὴς centies opponuntur, ut hoc ipfo libro p. 14. οὐδὲ ὁ σώφρων, ὑβριστὴς γένοιτο. Huc adde, ἐραστῶν non effe interpretamentum vocis θρασέων, ut placet viro doctiffimo, fed θρασέων vocis ὑβριστῶν. Suidas: Ὑβριστάς. τοὺς θρασεῖς. Nec tamen hanc conjecturam tam veram puto, ut de illa cum quoquam contendere velim. *Idem.*

Ibid. κἂν εἰς μαχαίραν] Defcripfit Ælianus Ep. xvi. σὺ μέν μοι δοκεῖς κἂν εἰς πῦρ ἅλλεσθαι, κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστῆσαι. *Idem.*

3, 12. ὅτι τὰ φαλάγγια] Hæc ad verbum defcripfit Clemens Alex. Pædag. iii. p. 301. cum quibus Socraticæ fuavitatis ftudiofos juvabit comparaffe locum alterum, qui parem leporem habet, Cyropæd. v. p. 117. ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσι. Eum laudat Plutarch. apud Stob. Tit. lxiv. p. 410. atque imitatur Sympof. v. 7. p. 681. *Idem.*

4, 2. μηχανώμενον] Dudum conjectura ductus videram, μηχανώμενον expungendum effe tanquam variantem verborum μηχανῇ χρώμενον. Poftea, quod fufpicatus eram, a Codice MS. quem If. Voffius contulit, confirmatum deprehendi. *Idem.*

4, 6. ἠθμὸν βλεφαρίδας] Nullus hic locus effe poteft voci ἠθμός. Nam quid fimile colo habent palpebræ? aut quem ufum colum adverfus ventos præftet? Ut ventus, aut pulvis vento jactatus tenuetur? Sic video cepiffe Joach. Camerarium Comm. utr. L. p. 103. At ne tenuiffima quidem fine periculo tranfmittuntur. Hanc ob cauffam nihil melius occurrit Petri Victorii invento, qui V. L. xxiv. 15. pro ἠθμὸν, vel, ut paffim mendofe fcribitur, etiam in Cod. Leidenfi, ἰσθμὸν, reponit θριγκὸν, eamque correctionem cum aliunde firmat, tum e Cicerone, Xenophontea vertente, de N. D. ii. 57. *Munitæque funt palpebræ tanquam vallo pilorum.* Nimirum ut horti hac etiam de cauffa maceria (θριγκῷ) fepiuntur, ne ventus teneris plantis noceat, fic natura oculos palpebris adverfus ventos, et alia, quæ lædere poffent, munivit. Ciceronem fuum fequitur

Lactantius de Opif. Dei cap. 10. *Nam et ipsae palpebrae, quibus mobilitas ineſt, et palpitatio vocabulum tribuit, pilis in ordine ſtantibus vallatae, ſeptum oculis decentiſſimum praebent.* Sed alii quoque ſcriptores, quoties palpebras deſcribunt, toties a vallo ſimilitudinem petunt. Varro apud Non. Marcell. p. 218.

*Quos* (oculos) *calliblepharo naturali palpebrae*
*Tinctae vallatos mobili ſepto tenent.*

Plinius H. N. xi. 37. *Alia de cauſſa palpebras natura dederat, ceu vallum quoddam viſus, et prominens munimentum contra occurſantia animalia aut alia fortuitu incidentia.* Seren. Samm. v. 667.

*Namque oculos infeſta pilorum tela laceſſunt,*
*Quodque illis dederat vallum natura tuendis.*

Sed quid opus eſt aliorum teſtimoniis, cum ipſe Xenophon hac ſimilitudine utatur de venat. p. 982. A. ἔχει τὰ βλέφαρα ἐλλείποντα, καὶ οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς. Eandem loquendi formam ad ſupercilia tranſtulit Apulei. de dogm. Platon. p. 260. *Superciliorum ſepes praemuniunt oculos, ne deſuper proruat, quod teneras viſiones molleſque perturbet.* Ruhnken.

4, 6. ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα] Hunc locum e Xenophonte ſumſit Varro Prometheo apud Non. Marcell. p. 217. *Retrimenta cibi qua exierant per poſticum vallem feci.* Sic edd. veteres et MS. Voſſian. Male Merceriana prior, *vallem fecerunt:* deterius poſterior, *e valle feci.* quae tamen ſcripturae menda induxerunt Salmaſium Exerc. Plin. p. 907. ut legeret *evallefecerunt*, et Geſnerum Theſ. L. L. v. *Evallefacio*, ut diviſim ſcriberet, *e valle feci*, obſcura, vel dicam, nulla ſententia. Paullo emendatiorem locum dedit Joſ. Scaliger ad Varron. Fragm. p. 168. *Retrimenta cibi qua exirent per poſticum vallem feci.* Jam fonte, unde Varro hauſit ſua, reperto, facile eſt emendare: *Retrimenta cibi qua exirent per poſticum, canalem feci.* Prometheus loquitur. Ambroſ. Hexaëm. vi. 9. *Decore creator noſter ductus reliquiarum* (i. e. ὀχετοὺς, canales) *a vultu hominum avertit, ne, dum alvum purgamus, inquinaremus adſpectum.* Vide Daviſ. ad Cic. de N. D. ii. 56. Xenophontea eleganter ad alia traduxit Plutarch. de cap. ex inim. util. p. 91. E. τῶν παθῶν τούτων ποιούμενος ἀποκαθάρσεις εἰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἀποστρέφων, ὥσπερ ὀχετοὺς, πορρωτάτω τῶν ἑταίρων καὶ οἰκείων. *Idem.*

4, 8. ἐρώτα γοῦν, καὶ ἀποκρινοῦμαι] Haec verba, undecunque inculcata, e contextu tollenda ſunt. Nec illa reperit in Codice ſuo Beſſarion, certe in verſione omiſit. Sic etiam judicabat vir doctiſ-

fimus, idemque mihi amiciffimus, cujus certus et verus in his literis fenfus eft, Claudius Salgafius. *Ruhnken.*

4, 19. ἐν ἐρημίᾳ εἶεν] Hic pro forma Attica εἶεν reftituenda eft communis εἴησαν, auctoritate Grammatici veteris in Bibl. Sangerm. Εἴησαν ἀντὶ τοῦ εἶεν. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων α΄. Vulgaris forma etiam eft in Sympof. p. 153. Sic ἤμην pro Attico ἦν, Cyrop. vi. p. 149. E. *Idem.*

6, 2. Μείνειε] Sententia mihi potius requirere videtur, ὑπομείνειε, *tolerare poffet*; quod et in his libris frequenter recurrit.—Sequente verfu pro, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς, ufitato potius more fcripfiffe videtur, ἀχίτων ὢν διατελεῖς. *Valcken.*

6, 5. ὅτι ὁ μὲν ἥδιστα ἐσθίων] Hæc ufque ad vocem ποτοῦ, vix verbo mutato, defcripfit Teles apud Stob. Tit. v. p. 69. ubi item, quæ fequuntur, ἢ διψᾷ χιόνα; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι, expreffa funt ex ii. 1, 30. τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς. *Rubnken.*

6, 10. μηδενὸς δεῖσθαι θεῖον] Vix ullum nobilius eft Socratis dictum, celebratum maxime a Diogene, aliifque Cynicis. Id ex hoc loco hauferunt Pfeudo-Crates Epift. ii. Philo Jud. T. ii. p. 666. Plutarch. Caton. maj. p. 354. F. Diogen. Laert. ii. 27. et alii plures, quos commemorare longum eft. Cenforin. de D. N. cap. 1. breviter fic vertit: *Nihil egere, eft Deorum: quam minime autem, proximum a Diis.* Pluribus verbis Apulei. Apolog. p. 25. *Equidem didici, ea re præcedere maxime Deos hominibus, quod nulla re ad ufum fui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus fit, eum effe Deo fimiliorem.* ubi vide Pricæum. Hinc etiam fluxit, quod legitur in Socratic. Epift. p. 14. ὁρῶ τῷ μηδενὸς δεῖσθαι αὐτὸν ὑπερβάλλοντα ἡμᾶς—καίτοι σοφώτερόν τε εἶναι εἰκὸς, ὅστις ἑαυτὸν ἀπεικάζει τῷ σοφωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ ὑπάρχειν, ὃς ἂν ὅτι μάλιστα ἐξομοιωθῇ τῷ μακαρίῳ. ubi fi pro μακαριωτάτῳ fcripferis μακαριώτατον, locum ex obfcuro clarum et perfpicuum reddes. Plura de hoc dicto Menag. ad Diog. Laert. vi. 105. et Spanhem. ad Julian. Cæfar. p. 113. *Idem.*

6, 13. ὥσπερ πόρνους] Videor mihi in his verbis interpolatoris manum deprehendiffe. *Idem.*

7, 2. ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον] Scripfiffe Xenophontem arbitror, ἀλλὰ μὴν ἔργου γε οὐδαμοῦ ληπτέον. *fed vero rem ille nullam debet aggredi,* ἢ εὐθὺς ἐλεγχθήσεται γελοῖος ὤν· nifi ridiculus velit oftentator deprehendi.—Eamdem fententiam tractavit in K. Π. p. 19, 20. nifi talis fis, qualis videri vis, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξελη-

λεγμένος τ' ἂν εἴης, καὶ προσέτι ἀλαζὼν φαίνοιο.—Paulo poſt v. 37. in iſtis, τὸ πλούσιον καὶ τὸ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ἰσχυρὸν, μὴ ὄντα, δοκεῖν· qua vi poneretur δοκεῖν, non intellexit Stephanus, in talibus dictis ſignificans προσποιεῖσθαι, *ſimulare*. de hoc uſu dixi in Eurip. Hippol. v. 462. *Valcken.*

7, 5. ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει] Hic quoque interpolatores graſſatos eſſe, libri ſcripti oſtendunt. Exc. Voſſ. ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει μικρὸν μὲν, τὸν εἴ τις ἀργύριον. MS. Leidenſis vulgatam quidem exhibet, ſed τὸν poſt ἐκάλει omittit, quod etiam abeſt ab edit. Baſil. Vix dubito, quin Xenophon ſcripſerit: ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει οὐ μικρὸν μὲν, εἴ τις ἀργύριον etc. οὐ μικρὸς eſt μέγας, et opponitur πολὺ μεγίστῳ. *Ruhnken.*

## IN LIB. II.

1, 4. Γαστρὶ δελεαζόμενα] Has voces ab alio potius adjectas ſuſpicor quam a Xenoph. cui ſatis erat dixiſſe, τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ φαγεῖν ἀγόμενα πρὸς τὸ δέλεαρ· formula quinimo τὰ μὲν,—τὰ δὲ, mihi quoque monſtrat, voces iſtas ex margine receptas in contextum. *Valcken.*

1, 9. Πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτοῖς] Non dubitanter, unica litera mutata, corrigerem αὐτούς· τοὺς βουλομένους πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτούς τε καὶ ἄλλοις παρέχειν· neque enim Græce dicitur πράγματα ἔχειν ἑαυτῷ. Pauca ponam Xenophontis: Ἑλλην. iv. 5, 19. ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι πράγματα εἶχόν τε καὶ παρεῖχον τοῖς ἐν τῷ ἄστει. vii. 4, 2. αὐτοὶ μὲν πολλὰ πράγματα εἶχον. Nuſquam aliter phraſin, πράγματα ἔχειν, adhibet Xen. K. Π. i. 3, 4. i. 4, 5. viii. 3, 41. K. A. v. 6, 5. Œcon. xi. 9. atque ita ſemper ſolent elegantiores. Quin ipſe ſic locutus eſt Epicurus: Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Qui toties iſta diverſis modis recte ſemper interpretatur, de N. D. i. c. 17. c. 20. c. 30. de Off. iii. c. 28. de Divin. ii. c. 17. Ciceronem non facile mihi perſuadebo ſcripſiſſe, quæ leguntur de Legg. i. c. 7. *Nihil curare Deum nec ſui nec alieni*, neque etiam vicina. *Idem.*

1, 17. ἄλλογε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι] Xenophontis conſuetudo poſtulat: οὐ πολλή γε ἀφροσύνη πρόσεστι; ii. 1, 8. τοῦτο πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη ἐστι; ibid. ii. 3, 18. οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη; Plato Theæt. p. 138. F. πῶς οὐ πολλὴ ἀλογία; Sic etiam legebat Giſbertus Kœnius, cujus immatura morte Græcæ literæ fecerunt damni plurimum. *Ruhnken.*

1, 20. Ἐπίχαρμος] Epicharmi Trochaico,

Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.

(prout recte ſcriptus legitur apud Stobæum p. 198, 48.) ſubjecta mihi nec Socratem decere neque Xenophontem videbantur ad Herod. p. 157. Leguntur illa tamen in Stobæo Geſneri p. 28, 52. Alter Epicharmi Trochaicus,

Ὦ πόνηρε, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο· μὴ τὰ σκλῆρ' ἔχῃς·

partim legitur in libello Cornuti de N. D. p. 157. ubi μώεο recte vulgatur, olim μόεο ſcriptum: μῶται tribuit Epicharmo Helladius. *Valcken.*

I, 20. Ἐπίχαρμος] Non Epicharmo, ſed Platoni, Comico, ut opinor, hunc verſum tribuit Scholiaſt. Hermogenis p. 377. cujus locum, quod liber in perpaucorum manibus eſt, hic totum ponam: Πλάτων τε γάρ φησι· Τῶν γὰρ πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν οἱ θεοὶ τὰ ἀγαθά· καὶ Σοφοκλῆς· Πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ· καὶ ὁ ἐν Μιλήτῳ θεός· οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον. καὶ πάλιν· Πάντα πόνος τεύχει δὲ βροτοῖς, μελέτη τε βροτείη. Senarium ſub Sophoclis nomine laudatum, ex Euripidis Licymnio affert Stob. Tit. xxix. p. 198. Sed mirum eſt, priorem hexametrum, qui inter Mileſii Phocylidis ſententias v. 151. reperitur, Mileſii Apollinis dici; ſi modo locus expers eſt corruptelæ. Poſteriorem Archilocho tribuit, et ſic ſcriptum exhibet Joannes Siceliota Comment. MS. in Hermogenem: Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς, μελέτη τ' ἀρίστη. Legendum: Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς, μελέτη τε βροτείη. Dicerem, hanc ſententiam, non Epicharmi, ut Lambinus putat, expreſſiſſe Horatium i. Serm. 9 60. *Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus,* niſi tam vulgaris eſſet, ut cuivis non ſtultiſſimo in mentem venire poſſet. Epicharmi autem verſum, quem Xenophon attulit, ſine poetæ nomine laudat Euſtratius in Ariſtotel. Nicom. iii. p. 43. addens alium ſimillimum: Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγαθ' αὔξεται βροτοῖς. quem ipſum, poetæ nomine ſuppreſſo, laudat Lucian. Rhet. præc. p. 8. τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον ἀληθεύειν ᾤμην, λέγοντα ἐκ τῶν πόνων φύεσθαι τὰ ἀγαθά. Sed ex Euripidis Erechtheo ductus eſt, teſte Stobæo Tit. xxix. p. 199. Epicharmeum dictum ita vertit Priſcianus Præex. Rhet. p. 1333. *Laboribus vendunt Dii nobis omnia bona.* Neſcio, an illud in animo habuerit Dionyſ. Halic. T. ii. p. 317. οὐδὲν τῶν μεγάλων μικρῶν ἐστι πόνων ὤνιον. Mox Xenophon idem ſuis verbis ſic effert: τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις, quod forte expreſſit Philo Jud. T. i. p. 168. παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ θεὸς ἀνέδειξε ἀνθρώποις πόνον, εὖ χωρὶς τῶν καλῶν παρὰ τῷ θνητῷ γένει

συνιστάμενον οὐδὲν εὑρήσεις. Sed valeat hic etiam, quod modo de Horatio diximus. *Ruhnken.*

I, 22. Τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι] Καθαριότητι hic arbitror requiri, ubi *mundities* ſignificatur. Ut ἐλεύθερος et ἐλευθέριος, diſtinguuntur καθαρὸς et καθάριος. ornatum modeſtæ mulieris *Meliſſa* voluit eſſe καθάριον καὶ ἀφελῆ. nutricem, *Myia*, τὰν ἐπιτηδειοτάταν καὶ καθάριον. vid. Athenæi Menander xiv. p. 661. F. Duris, xii. p. 542. C. ubi conviviorum memoratur καθαριότης. *munditia* Plauto Menæchm. ii. 3, 4. eidem Caſ. iii. 6, 19. *cœnare nitide,* eſt καθαρίως δειπνεῖν, μὴ πολυτελῶς. Conf. Athen. ii. p. 65. D. vii. p. 311. viii. p. 359. B. (ubi diverſis Comicis eadem tribuuntur,) Pomponii verſum apud Nonium in v. *Ampliter,* et Horat. iii. Carm. 29. v. 54. —Fabulam *Prodici* Xenophonteam præter Ciceronem plures veterum enarrarunt, ſcriptores etiam eccleſiaſtici. *Valcken.*

Ibid. ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα] Zeno, modeſtam virginem deſcribens, apud Clem. Alexand. Pædag. iii. p. 296. ἔστω ὀφρῦς μὴ καθειμένη, μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον, μηδὲ ἀνακεκλασμένον. cujus loci elegantiam non cepit Potterus. Quæ ſequuntur, ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς etc. furtim deſcripſit ſutor centonum ſatis lepidus, Ariſtænetus i. 25. ut indicio Dorvillii Vann. Crit. p. 302. cognovimus: τὸ δὲ ταραντινίδιον, ἐξ οὗ διαφανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν. θαμὰ δὲ καὶ τὴν πτέρναν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεφομένη διεσκοπεῖτο. πολλάκις δ' ἅμα τε ἑαυτὴν ἐθεώρει, καὶ εἴτις αὐτὴν ἄλλος θεᾶται. ubi e contextu expellendum eſt δ' ἅμα, quod librarius temere repetiit ex præcedenti θαμά. *Ruhnken.*

I, 24. δὴ ἴσῃ] Ad ſententiam ceteraſque proximum reſpondere mihi videtur διαιτήσῃ, id eſt διαβιώσῃ, vel διάξεις. Hoc ſenſu verbum veteres etiam adhibuerunt: Herod. P. 175, 98. *Ægyptii non potuerunt* ἄνευ βασιλείας διαιτᾶσθαι. Thucyd. p. 7, 25. Lyſias p. 507, 10. ἐνιαυτὸν ἐν Πειραιεῖ διῃτῶντο.—Paulo poſt v. 14. vocem σπάνεως, ſi abeſſet, non deſiderarem, ſatis enim erat dixiſſe, ἐὰν δέ ποτε γένηται τὶς ὑποψία, ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα. *Valcken.*

I, 27. μετ' ἀληθείας] Hic quoque ſcripſiſſe ſuo more Noſtrum opinor, τὰ ὄντα διηγήσομαι· τῶν γὰρ ὄντως (pro ὄντων) ἀγαθῶν. Sic *veri nominis bona* dicuntur Socraticis; quibus τῷ ὄντι ſignificat *vere. Idem.*

I, 30. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς] Huc pertinet locus Varronis Hercule Socratico, apud Non. Marcell. p. 539. 542. *In omnibus rebus bonis cotidianis: cubo in Sardinianis tapetibus: chlamydas et purpurea amicula.* Quæ et mutila ſunt et mendoſa. Quod

excidit, conjectura, qui poterit et volet, assequatur: mendæ hoc modo corrigendæ: *In omnibus rebus bonis: quotidiano cubo in Sardianis tapetibus: chlamydas et purpurea amicula.* Scaliger ad Varron. Fragm. p. 112. scribit *quotidianus cubo.* Male. Nam Voluptatem, non Herculem, loqui, clarum est. De adverbio *quotidiano,* vide quæ notavimus ad Rutil. Lup. 1. p. 11. *Sardiana tapetia,* quæ Sardibus purpura tingebantur. Nam a Σάρδις est Σαρδιανὸς et Σαρδιανικός. Vid. Steph. Byz. ex eoque corrige Etym. M. p. 708. 29. Apud Polluc. vii. 77. editur: καὶ Σαρδωνικὸς δὲ χιτών τις ἐκαλεῖτο, sed e Codicum scriptura Σαρδανικὸς faciendum Σαρδιανικός. *Tincturam Sardianicam* ex Aristoph. Acharn. 112. et aliunde illustrarunt Interpretes ad Hesych. v. Βάμμα Σαρδιανικόν. Nostram in Varrone emendationem egregie confirmat Heraclides Cumæus apud Athen. xii. p. 514. C. διῄει διὰ τῆς τούτων αὐλῆς πεζὸς ὑποτιθεμένων ψιλοταπίδων Σαρδιανῶν. *Rubnk.*

1, 31. διὰ νεότητος τρεφόμενοι] Non dubito, quin Xenophon scripserit φερόμενοι· idque verbum πεςῶντες confirmat. Λιπαροὶ et αὐχμηροὶ qui dicantur, exponit Pollux, hunc locum laudans, ii. 34. *Idem.*

2, 1. Λαμπροκλέα] Filiorum Socratis natu maximi, cum pater moreretur, adolescentuli, nomen in Epistola Aristippi inter Socraticas xxvii. p. 57. feliciter restituerunt Leo Allatius, quique hujus errores corrigit T. H. in Addendis ad notata in Lucian. p. 189. b. Præf. p. xxxiii. De tribus Socratis filiis ex duabus uxoribus susceptis vid. Leo All. not. in Epist. Socr. xxi. p. 214. Lamprocli mater erat Xantippe. *Valcken.*

Ibid. Τοὺς τί ποιοῦντας] Usus requirere videtur, οἵους, vel οὕς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν. *Idem.*

2, 3. εἰλικρινὴς ἀδικία] Attice et exquisite pro *mera injustitia.* Sic etiam καθαρὸς et λαμπρὸς dicuntur. Aristophan. Avib. 1548. Τίμων καθαρός. quod Hemsterhusius bene vertit Plautina locutione: *Timon purus putus.* Grammaticus MS. Bibl. Sang. καθαρὸς δοῦλος, οἱονεὶ ἀπηκριβωμένος. Ἀντιφάνης Ἀγροίκῳ. Alciphron iii. 21. Παρμένων, ζημία καθαρά. ubi vide Berglerum. Idem iii. 38. ἦν δὲ οὗτος μάλα λαμπρὰ ζημία. Sic ibi scribendum. *Rubnk.*

2, 8. ἐπὶ τῷ βίῳ παντί] Id est, *ea conditione, ut vitam salvam habeat.* Nota vis præpositionis ἐπὶ cum dativo. Aristoph. Avib. 153. Ὀπουντιος οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου. Dio Chrys. Or. xxxiii. p. 407. D. γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ξυνοικεῖν οὐδεὶς ἂν ἐθελήσειεν, οὐδὲ ἐπὶ πεντακοσίοις ταλάντοις. Vide Wesseling. ad Diodor.

Sicul. ii. p. 138. Eſt autem figura proverbii, qualis Cyrop. iii. p. 69. B. κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην. *Ruhnken.*

2, 14. Παραιτήσῃ] Hæc verba Xenophontis in Zonaræ Lex. proſtant MS. in v. Παραιτοῦμαι.—τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι. *Valcken.*

Ibid. τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ.] Zonaras Lex. MS. Παραιτοῦμαι σε, καὶ παρῃτήσατο αὐτὸν, καὶ παρῃτήσατο τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' οἷον ὅτι, παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ, παραιτοῦμαι σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι. Eadem leguntur in Lexico MS. Regio, ubi bene additur: λέγουσι δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παρίεμαι. de quo verbo quædam notavimus ad Timæi Lex. Plat. p. 149. *Ruhnken.*

3, 9. τὸν δὲ ἀδελφὸν φῂς] Syllabam hic eliſam mihi quidem nexus orationis demonſtrat, ſic facile reſtituendam: τὸν δὲ ἀδελφὸν, ὃν φῂς μὲν &c. οὐκ ἐπιχειρεῖς μηχανᾶσθαι, ὅπως σοι ὡς βέλτιστος ᾖ. *Valcken.*

3, 16. Καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι] Siccine vero ſenes ſecundum Socratem etiam *in culcita plumea* erant collocandi? In proximis καὶ λόγων ὑπεῖξαι, probaſſe Viros doctos ſuſpicor ex Not. in Herodot. p. 140, 84. ſed vereor ut illis alteram, quam ibi poſui, ſuſpicionem potuerim adprobare: mihi tamen, fateor, etiam nunc indigna Socrate videntur, quæ adſcripſi verba. In fabula Prodici voluptatem decebant iſta p. 430, 13. πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις. Virtutem, quæ in illam dicit v. 44. ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. *Dormire ſuper amphitapa bene molli,* Varronis eſt e Satyra apud Nonium in v. *Amphitapæ.* Eleganter, καθίζου μαλακῶς, poſuit Ariſtoph. Equit. v. 782. Inter cetera luxus inſtrumenta μαλακῆς εὐνῆς meminit Diodor. Sic. tom. ii. p. 514, 4. τάπητες—μαλακώτεροι ὕπνω, congruunt ſcenæ Theocriti Eid. xv. 125. molles herbas, quibus ævo Saturni incubabant, μαλακὰς εὐνὰς laudare poterat in Politico Plato, tom. ii. p. 272. A. Sed κοίτην μαλακὴν nuſquam opinor ſcripſiſſet Xenophon, nedum hoc loco, ubi ejus mentio mihi quidem, ſi verum fateri licet, videtur alieniſſima. *Idem.*

4, 1. ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον] Hunc locum expreſſit Cicero de Amicit. 15. *Quid ſtultius, quam—cetera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, veſtem egregiam, vaſa pretioſa: amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, ſupellecti-*

*lem?* item Dio Chryſ. tum alibi, tum Or. vi. p. 97. D. τοῦ δὲ καλλίστου καὶ λυσιτελεστάτου κτήματος, ἁπάντων ἐστὶν ἀπορώτατος εὐνοίας καὶ φιλίας. *Rubnk.*

4, 4. τὸ πλῆθος εἰδότας] Hæc quoque imitatus eſt Cicero de Amicit. 17. *Sæpe querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores eſſent; ut capras et oves quot quiſque haberet dicere poſſet: amicos quot haberet, non poſſet dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes eſſe.* Idem.

Ibid. ἐθεάσαντο] Apud poetas obvium, in his libris inſolens eſt illud ἔθεσαν· Recte mihi H. Stephanus ſcripſiſſe videtur, οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεντο, πάλιν τούτους ἀνατίθεσθαι. Vim verbi ἀνατίθεσθαι, qua hic ponitur, et ſupra p. 418, 27. tradiderunt et Th. Gataker. A. M. P. c. 29. p. 471. et T. H. ad Heſych. in Ἀναθέσθαι. *Valck.*

4, 7. ἃ δὲ αἵτε χεῖρες] Hæc imitando ſua fecit Dio Chryſ. Or. iii. p. 53. D. εἰ δὲ ὀφθαλμοὶ, καὶ γλῶτται καὶ χεῖρες ἀνθρώπων τοῦ παντὸς ἄξια, etc. ubi ante καὶ γλῶτται librariorum negligentia elapſum eſt καὶ ὦτα. Res clara cum e Xenophonte, tum multo magis ex iis, quæ conſequuntur apud Dionem: καὶ διὰ μὲν ὤτων οὐκ ἄν τις ἀκοῦσαι—καὶ τῇ μὲν γλώττῃ etc. *Rubnken.*

5, 5. ἀποδῶται] Apud veteres ἀποδίδοσθαι, non ἀποδιδόναι, ſignificat πωλεῖν, *vendere.* In Heroicis Philoſtrati p. 661, 2. ex Codd. recipi potuerat ἀποδώσῃ· ὅσου ἂν ἀποδῶται ſcripſerat Theophraſtus Stobæi p. 282, 2. conf. R. Dawes Miſcell. Crit. p. 240. *Valcken.*

Ibid. πωλῇ καὶ ἀποδῶται τοῦ εὑρόντος] Viri docti εὑρόντος capiunt pro εὑρεθέντος, duriſſima enallage, ut bene judicat Dorvillius ad Charit. p. 113. Tamen multo durior eſt ratio Abreſchiana Diluc. Thucyd. Auct. p. 326. Omnino corrigendum τοῦ τυχόντος, quod etiam Fr. Porto in mentem veniſſe video. Dio Chryſ. Or. xxxii. p. 385. A. ἀλλ' ἐστὶν ὁ ἀγὼν ἀνδραπόδων ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἀργυρίου. Pollux v. 162. οὐδὲ τοῦ τυχόντος ἄξιος, οὐδὲ τοῦ προστυχόντος. Suidas: Ἄξιος τριχός. ἐπὶ τοῦ εὐτελοῦς καὶ τυχόντος. Sed ut tandem tricandi finis ſit, ſciant, qui vitiatam lectionem defendunt, τοῦ τυχόντος clare et perſpicue legi in Codice, quem contulit Iſ. Voſſius. Nec aliam ſcripturam in MS. ſuo reperit Beſſarion, quamvis male vertat: *vendit eum cuicunque obvio.* Πωλεῖν et ἀποδίδοσθαι etiam conjunguntur in Sympoſ. p. 164. ὁ ἐν ἀγορᾷ πωλῶν καὶ ἀποδιδόμενος. *Rubnken.*

6, 5. εὔορκος δὲ καὶ εὐξύμβολος] Minus bene, meo ſenſu, junguntur εὔορκος et εὐξύμβολος. Veriſſima emendatio eſt: εὔοργος δὲ καὶ

εὐξ. Εὔοργος et εὐόργητος dicitur, *in quo est summa morum lenitas, qui in meliorem partem accipit omnia.* Hesychius: Εὐόργοις. τοῖς μὴ ὀργιζομένοις, ἐφ᾽ οἷς δεῖ, ἀλλὰ πάντα εὖ φέρουσιν. Hinc εὐοργησία pro *lenitate morum* apud Euripid. Hippol. 1039. Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ ψυχὴν κρατήσειν. ubi hanc notionem docte et copiose declaravit Cl. Valckenaerius. Εὐόργῳ opponitur δυσπρόσοδος καὶ τῇ ὀργῇ χαλεπῇ, (*difficillimis moribus*) χρώμενος ἐς πάντας. qualem Pausaniam describit Thucydid. i. 130. ubi vide Dukerum. *Ruhnken.*

6, 7. καλῶς χρῆσθαι] Litera scribi malim interserta, καλῶς χρήσεσθαι. *Valcken.*

6, 11. Δι᾽ ὧν ἐστιν ἀρχὴ τοιάδε τις,] Ista mihi videtur, et Homeri versum, adscripsisse literator aliquis, non Xenophon. *Idem.*

6, 21. δυσμενὴς μὲν-ἔρως, μισητὸς δὲ ὁ φθόνος] Elegantius Exc. Voss. et MS. Leid. δυσμενὲς μὲν-ἔρως, μισητὸν δὲ ὁ φθόνος. quod item H. Stephanus e libris suis revocavit. Herodot. iii. p. 213. σοφὸν δὲ ἡ προμηθίη. ubi vide Wesselingium. Pro μισητὸν sensus postulat μισητικὸν, ut pulchre vidit Salgasius meus. Nisi forte hoc verbale inter illa referre malis, quæ et agendi et patiendi vim habent. Sic ὑβριστὸς pro ὑβριστικὸς Cyrop. v. p. 147. C. et ἄμεμπτος pro μὴ μεμφόμενος ibid. viii. p. 224. C. ut μεμπτὸς pro μεμφομένη apud Sophocl. Trachin. 450. et apud alios alia, de quibus Hemsterhusius ad Lucian. Halcyon. p. 179. Sed quoniam notatum est a Grammaticis, agendi significationem frequentem esse in verbalibus cum α priv. compositis, rarissimam in aliis, non dubitem μισητικὸν vulgato μισητὸν præferre. *Ruhnken.*

6, 27. τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡδόμενοι] Magna scripturæ varietas in hoc loco. Ed. Aldina ἑλόμενοι, MS. Leid. et Ed. Basil. ἡλωμένοι, quod participium Græcis inauditum puto. Exc. Voss. ἑλκόμενοι, quod etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur, vertens, *quamvis voluptate ducantur.* Xenophontis simplicitati maxime convenit, quod dedit H. Stephanus, ἡδόμενοι. Sic in Hieron. p. 196. καὶ ἀφροδισίοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῶα. *Idem.*

6, 36. Προμνηστρίδας] Προμνηστρίας potius cum Platone, Aristophane, ceterisque, scripsisse Nostrum suspicor ad Euripid. Hippol. v. 589. *Valcken.*

6, 39. ἀλλὰ συντομωτάτη] Vertit Cicero de Offic. ii. 12. simul tamen respiciens ad alterum locum i. 7. ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ᾽ εὐδοξίαν etc. *Præclare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi*

*vellet, talis esset.* Vid. P. Victorium Var. Lect. v. 11. quem hic locus fugiebat. *Rubnk.*

7, 6. Κίριβος] Certe nomen non fuit Græcum; sed Κόροιβος et Κυρηβίων. Mox scribendum, Δημέας ὁ Κολυττεύς, quamvis Κολλυτεὺς in marmoribus antiquis interdum inveniatur. Menon familiam alebat ἀπὸ χλανιδοποιΐας—si paulo ante voces sunt Xenophonteæ, καὶ χιτωνίσκοι καὶ χλαμύδες καὶ ἐξωμίδες. Cum virorum fuerint χιτωνίσκοι, mirum cur non potius scripserit, καὶ χλανίδες καὶ χλαμύδες κ. ἐξ. *Valcken.*

7, 9. ἐὰν δὲ προστάτης ᾖς] Patrono vix indigæ puellæ cives patronum habebant Aristarchum; voluit Socrates, ut illas opificiis, quibus essent aptæ, singulas admoveret Aristarchus, atque ipse illis adesset inspector. Scripserat, ni fallor, Xenophon, ἐὰν δ' ἐπιστάτης ᾖς, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσιν. Hoc erat in ea re proprium vocabulum: τοὺς ἐπιστάτας τῶν δημοσίων ἔργων Lex Attica memorat apud Æschin. c. Ctesiph. p. 55, 42. ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης est in Platon. Protag. p. 302. D. πραγμάτων ἐπιστάτας dixit Archippus Com. ap. Harpocrat. in Παλιναίρετος. ἐπιστάτην εἰς τἀργύρεια πρίασθαι, Xenophon Ἀπομν. ii. 5, 2. in Œcon. xxi. 9. ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις ἄν τε ἐπίτροπος ᾖ ὁ ἐφεστηκώς, ἄν τε καὶ ἐπιστάτης. *Idem.*

8, 1. πόθεν φαίνῃ] Attica loquendi formula. Plato Protagor. init. Πόθεν ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; quod Cicero apud Priscian. vi. p. 706. vertit: *Quid tu, unde tandem appares, o Socrate?* Platonis imitatione Theophrastum suum sic incipit Æneas Gazæus: Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Ἀξίθεε; Forte et Horatius Sermonem quartum lib. ii. *Unde, et quo Catius?* Ruhnk.

9, 3. καὶ ἔφη, ῥᾷστον εἶναι] Simili fere forma dicitur Anabas. ii. 6, 24. τὰ δὲ τῶν φίλων μόνος ᾤετο εἰδέναι ὅτι ῥᾷστον ἀφύλακτα λαμβάνειν. Sed MS. ab If. Vossio collatus sic habet: καὶ εὐφυέστερος ὢν ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν. Qua lectione nihil elegantius et verius, modo ὢν, quod alienum est, deleatur. Cyrop. i. 6, 32. γενόμενοι οὖν τινες οὕτω εὐφυεῖς καὶ πρὸς τὸ εὖ ἐξαπατᾷν καὶ πρὸς τὸ εὖ πλεονεκτεῖν, ἴσως δὲ καὶ πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν οὐκ ἀφυεῖς ὄντες. Qui locus codicis scripturam egregie confirmat. *Idem.*

10, 3, Εὔνουν καὶ παράμονον] Hoc vereor ut Græcis fuerit in usu: παραμόνιμον hic usitato more scripsisse videtur Xenophon, ut scripsit alibi. *Valcken.*

Ibid. καὶ μὴ μόνον τὸ] Legendum: καὶ μὴ μόνον τοῦτο. abjectis verbis, κελευόμενον ἱκανὸν ὄντα ποιεῖν, quorum ingrata est repetitio. Sic etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur. *Rubnk.*

## IN LIB. III.

1, 1. ἀκούσας—ἥκειν] Lexicon MS. Bibl. Sangerm. Ἀκούσας ἥκειν, οὐχ ἥκοντα, Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν ἔφη, καὶ Μένανδρος, καὶ ἄλλοι. Altera tamen cum participio conſtructio exquiſitior eſt et Attica magis. *Ruhnk.*

3, 3. Οὐκ ἐμὸν οἶμαι τὸ ἔργον εἶναι] Hac in formula minus placet articulus, et legendum puto, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη, οὐκ ἐμὸν οἶμαί γε ἔργον εἶναι. *Valcken.*

3, 9. Καὶ γὰρ ἐν νόσῳ &c.] Eadem, verbis tamen diverſis uſus, tradiderat in Κ. Π. i. 6, 21. leguntur que talia in his Socraticis longe plurima, eorum ſimilia, quæ proſtant in Κ. Π. nec tamen iiſdem verbis narrata. Et crederemus Xenophontem ſua ipſius, quæ dederat in Hiſt. Græca, centena continua in Ageſilai encomio tranſcripſiſſe? aut Apologiam ſcripſiſſe Socratis, in qua nihil alicujus inveniatur momenti, quod non legatur in his commentariis? *Idem.*

3, 13. Οὔτε εὐφωνίᾳ] Ad civitatis εὐανδρίαν, hic Socrati laudatam, nihil facit εὐφωνία, hinc, niſi egregie fallor, alieniſſima. Scioli legimus, opinor, correctionem: fac ſcriptum una litera minus εὐφνίᾳ. Vix dubito, quin dederit Xenophon: οὔτε εὐφυΐᾳ τοσοῦτον διαφέρουσιν Ἀθηναῖοι τῶν ἄλλων, οὔτε σωμάτων μεγέθει καὶ ῥώμῃ, ὅσον φιλοτιμίᾳ. Dicuntur quidem εὐφυεῖς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς Platoni de Rep. iii. p. 410. A. aliiſque; eximie tamen ſic vocantur *ingenioſi*, εὐφυεῖς καὶ—ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτόμενοι, Platoni de Rep. ii. p. 365. A. Hac virtute gentes omnes ſuperare Græci vere dicuntur Philoni Byblio ap. Euſeb. Præp. ii. p. 39. D. Ἕλληνες, εὐφυΐᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενοι. ceteris etiam Græcis εὐφυΐᾳ præſtabant Athenienſes: quos ſcribit Iſocrates in Panegyr. p. 47. B. ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένους—πρὸς τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας. in Areopag. p. 155. A. ἐπίσταμαι—τὴν ἡμετέραν χώραν ἄνδρας καὶ τρέφειν καὶ φέρειν δυναμένην, οὐ μόνον πρὸς τὰς τέχνας εὐφυεστάτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν διαφέροντας. Ultima Socraticis ſimilia, vel ſola, correctionem doctis hominibus commendaſſent. *Idem.*

4, 5. ἐξευρίσκηται] Scribendum: ἐξευρίσκῃ τι καὶ προαιρῆται. in talibus activa verbi forma ſemper uſurpatur, nec convenit media. *Idem.*

5, 6. ἢ πολέμους δείσωσιν] Bene Brodæus et Erneſtus V. C. corrigunt πολεμίους· quod Exc. Voſſiana confirmant. Polyb. vi. 42.

loco ſimillimo: ὅταν μὲν ἢ διὰ πολεμίων φόβον, ἢ διὰ περίστασιν χειμῶνος, ὁρμὴ παραστῇ τοῖς ἐμβάταις, συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ κυβερνήτῃ, γίνεται τὸ δέον etc. Xenophontem more ſuo imitatur Dio Chryſ. Or. xxxi. p. 360. B. *Rubnk.*

5, 7. Ἀνερεθισθῆναι τῆς] Niſi ſcribatur τῇ ἀρχαίᾳ ἀρετῇ etc. Leunclavio, mihi quoque, hic requiri videtur præpoſitio, ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς· in K. A. vi. 6, 9. Cleandrus dicitur ὑπὸ τοῦ Δεξίππου ἀνερεθιζόμενος. Græce quidem dicitur, Θηβαίων ἡσσᾶσθαι· κρεισσόνων νικᾶσθαι· Καίεσθαι τινός. nec tamen in quibuſvis Ellipſis iſta locum invenit. *Valcken.*

5, 17. πολλὴ μὲν ἀπειρία] Ex antecedentibus verbis, ἐπηρεάζουσιν ἀλλήλοις, venit mihi in mentem legere: πολλὴ μὲν ἐπήρεια καὶ κακία. Eædem voces permutantur in Artemidoro iv. 72. p. 243. Διοκλῆς ὁ Γραμματικὸς φοβούμενος ἐξ ἀπειρίας ἀργύριον ἀπολέσαι. ubi vir doctus Animadv. p. 711. reponere tentabat ἐξ ἐμπορίας, *per mercaturam*; ſed legendum: ἐξ ἐπηρείας, *per calumniam et vexationem.* Alio modo idem verbum corruptum eſt in Libanio Ep. 802. χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτῷ οἰχομένων ἐν τοῖς κακοῖς ἐκείνοις, ἃ αὐτῷ παρὰ τῆς Προφητίου γέγονεν ἐπιεικείας ubi Wolfius reponit αἰκίας, Dorvillius φιλονεικείας. Neuter bene. Libanius ſcripſit ἐπηρείας. *Rubnken.*

5, 26. Τί δέ γε; ἐκεῖνο] Suo more hic quoque ſcripſerat Xenophon: Τί δέ; καὶ ἐκεῖνο ἀκήκοας, ὅτι etc. *Valcken.*

6, 3. ἀποκρύψῃ] Hic omnino marginis eſt lectio probanda, μὴ τοίνυν ἀποκρύψῃς. Dicitur quidem ἐγὼ καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι· ſed non item, μὴ ἀποκρύψῃ. *Idem.*

6, 11. ὥστε καὶ ἅπτεσθαι] Mea quidem ſententia defendi nequit: totidem pæne literis ſcribendum puto, ὥστε κλέπτεσθαι τὰ ἐκ τῆς χώρας. Stephano placuit ἁρπάζεσθαι· alterum propius accedit literas vulgatas: infra iv. 2, 15. ἐὰν δὲ κλέπτῃ τε καὶ ἁρπάζῃ τὰ τούτων (τῶν πολεμίων). Sæpius iſta duo junguntur, ut *rapere* et *clepere* Varroni et Ciceroni. Congruit hoc Platonis, alio tamen ſenſu poſitum de Rep. i. tom. ii. p. 334. A. στρατοπέδου φύλαξ ἀγαθὸς, ὅσπερ καὶ τὰ τῶν πολεμίων κλέψαι etc. de cuſtodibus loquitur et Socrates. *Idem.*

6, 12. αὐτόθεν] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm. Αὐτόθι. Ξενοφῶν ἐν μὲν Ἀπομνημονευμάτων γ΄. Ἡρόδοτος ἐν ἱστοριῶν γ΄, ἀντὶ τοῦ αὐτός. Scribe: ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ. Herodoti locus eſt p. 225. τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων. ubi Cod. Arch. αὐτόθι, ut Grammaticus MS. Sed αὐτόθεν utrique loco accommodatius judicamus. *Rubnk.*

7, 4. κατὰ μόνας] Grammaticus MS. Bibl. Sang. Καταμόνας, ἀντὶ τοῦ ἰδίᾳ. Θουκυδίδης α΄. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων γ΄. *Ruhnk.*

8, 1. μή πη ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ] Prorfus in talibus infolens cum videatur ἐπαλλαχθῇ, et nufquam inveniatur, contra *vellicare aliquem verbis* fæpe dicatur Atticis, etiam Platoni, σπαράττειν τινὰ λόγῳ, fufpicor hic legendum, μή πη ὁ λόγος σπαραχθῇ. *Valcken.*

9, 5. ἄλλο ἄν τι τούτων οὐδὲν προελέσθαι] Sollicite caverunt Editores, ut literæ legerentur diftractæ, ἄν τι, quæ fuerant in unam voculam ex more fcribendi Xenophonteo jungendæ, ἄλλο ἀντὶ τούτων οὐδὲν προελέσθαι. Non tantum cum ἑλέσθαι et αἱρεῖσθαι, fed jungit et præpofitionem ἀντὶ cum προαιρεῖσθαι et προελέσθαι, Ἀπομν. ii. 7, 10. θάνατον ἀντ' αὐτοῦ προαιρετέον. iv. 5, 7. ἀντὶ τῶν ὠφελούντων τὰ βλάπτοντα προαιρεῖσθαι. et 8, 11. Lucianus Timon. p. 121. χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. *Idem.*

9, 6. τὴν ἀνεπιστημοσύνην] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm. Ἀδημοσύνη. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν. Ἀδημοσύνη, vox Ionica, qua Lexica carent, eft apud Democritum Stobæi tit. vi. p. 84. pro *angore, animi mœrore.* Aliam formam ἀδημονία confervarunt Hefych. et Suid. in v. Vide Fœfium Œcon. Hipp. v. Ἀδήμονες. Sufpicabar aliquando, hoc vocabulum, cujus nullum veftigium in Memorabilibus reperitur, a Grammatico lectum effe iv. 2, 17. ubi nunc vulgatur: ἄν τις, ἐν ἀθυμίᾳ ὄντος φίλου, δείσας, etc. Verum Grammaticus, ut opinor, non fcripfit ἀδημοσύνη, fed ἀδαημοσύνη, eamque vocem ex hoc ipfo loco petiit, ubi nunc textum occupat ἀνεπιστημοσύνη, quæ eft interpretatio vocabuli rarioris. Ἀδαημονίη eft Homeri Od. Ω. 243. δαημοσύνη Orphei Argon. 726. Apollon. Rhod. ii. 175. iv. 1273. cui eandem vocem ii. 1264. bene reddidit Arnaldus Lect. Gr. p. 240. Quod fi quis vocem poetis ufitatam in Xenophonte non ferendam putet, fcito, hunc fcriptorem, in fumma fimplicitate, plura vocabula poetica, quam quemquam Atticorum, qui profa oratione fcripferunt, frequentaffe: quod veriffimum eft judicium magni Hemfterhufii ad Thom. M. p. 26. Et quid cauffæ eft, quare Xenophonte minus dignum putetur ἀδαημοσύνη, quam δαημονέστατος Cyrop. i. 2, 12. aut ἀδαὴς 6, 43. In Anabaf. i. 9, 5. vulgo editur: ἔνθα Κῦρος εὐμαθέστατος—ἐδόκει εἶναι. ubi MSSti, quos viri docti adhibuerunt, pro εὐμαθέστατος bene legunt αἰδημονέστατος. Nec aliter MS. cujus excerpta penes me funt. Sed qui primus εὐμαθέστατος in textum intulit, non αἰδημονέστατος, fed δαημονέστατος in fuo codice invenit, cujus explicatio eft εὐμαθέστατος. Hæc fatis probabiliter

disputata videntur pro voce ἀδαημοσύνην. Verum tamen una, ne quid dissimulem, superest ratio vulgatæ scripturæ defendendæ. Potuit Grammaticus ἀδημοσύνην vel ἀδαημοσύνην ducere e deperdito Memorabilium loco. Periisse autem haud pauca, non solum apparet e Codd. MSStis, quorum alius alio plenior est, sed etiam e Grammaticis antiquis, qui nonnulla e Memorabilibus laudant, quæ in libris nostris frustra quæruntur. Mœris Atticista, ut hoc utar, p. 151. inde affert ἐθελέχθρως, p. 164. ἐπιτηδείους pro *cognatis*, quorum neutrum Piersoni sagacitas invenit. Quid? Cicero quoque integriore exemplo usus videtur, de N. D. i. 12. *Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat: facit enim in iis, quæ a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere: eumdemque et Solem et animum Deum dicere: et modo unum, tum autem plures Deos.* Locus de forma Dei non quærenda extat iv. 3. Sed ubi Socrates in his libris Solem, ubi animum Deum dixit, ubi denique unum aut plures esse Deos? *Ruhnken.*

10, 8. Τῶν δὲ νενικηκότων εὐφραινομένων] A vicinis literis facile absorptam voculam restituendam omnino censeo, ut legatur, τῶν δὲ νενικηκότων ἐξ εὐφραινομένων ὄψις μιμητέα. iii. 10, 2. ἐκ πολλῶν, inquit, συναγαγόντες τὰ ἐξ ἑκάστου κάλλιστα, οὕτως ὅλα τὰ σώματα καλὰ ποιεῖτε φαίνεσθαι. *Valcken.*

11, 1. Θεοδότη] Hunc locum laudat Athenæus v. p. 220. F. cujus verba per festinationem pro Xenophontis accepit N. Heinsius ad Ovid. Trist. ii. 418. Theodote postea cum Alcibiade consuevit, eumque mortuum, muliebri sua veste contectum, cremavit. Vide Athenæum xiii. p. 574. F. Eam inter nobilissimas Græciæ meretrices commemorat Libanius tom. i. p. 582. *Ruhnken.*

11, 4. Ἐάν τις, ἔφη, φίλος] Scribendum puto, ὃ ἄν τις, ἔφη, φίλος—εὖ ποιεῖν ἐθέλῃ, οὗτός μοι βίος ἐστί. sic paulo post legitur, ὅ, τι ἂν—ἐμπέσῃ, τούτῳ τροφῇ χρῶνται, quæ cum Æliani verbis apte comparat J. Perizon. V. H. i. c. 2. *Valcken.*

11, 6. τὰ πρὸς τὸν βίον] Huc respexit Grammaticus MS. Bibl. Sang. Βίος, ἐπὶ ἀλόγων ζώων. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν. *Ruhnk.*

11, 8. ὅτι μὲν γὰρ τῆς νυκτὸς νέμονται] Cum hoc loco comparandus alius, et re et verbis conveniens, Cyrop. i. 6, 40. Utroque loco ὀσμὴ legitur, non ὀδμὴ, qua tamen forma Xenophon usus est, teste Phrynicho de Diction. Attic. p. 30. *Idem.*

11, 14. διαφεύγουσα, ἕως ἂν ὡς μάλιστα δεηθῶσι] Hoc præceptum tenebat meretrix apud Terentium Heaut. ii. 3, 125.

*quendam misere offendi militem,*

*Ejus noctem orantem : hæc arte tractabat virum,*
*Ut illius animum cupidum inopia incenderet.*

Alciphron. ii. 1. p. 202. τὰς ὁπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας χάριτας, ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασι. Sic ille locus legendus. Ordo verborum est : μεσολαβούσας τὰς χάριτας μαραινομένας ταχὺ ὁπωσοῦν ἄλλως. *Ruhnken.*

11, 17. φιλωτέρα σου ἔνδον ᾖ] Venuste, ut nihil supra. Est enim propria meretricum, amatores excludentium formula, ἔνδον ἕτερος. Lucian. Dial. Meretr. xii. p. 310. μήτ' ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος, εἰποῦσα. viii. p. 300. ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλεισα· Καλλιάδης γὰρ ἔνδον ἦν. *Idem.*

12, 2. ἐὰν οὕτω τύχωσι, τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν] Hæc verba desunt in Codice Bessarionis, et Ed. Basil. Teneam τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν, sed facile abesse patiar ἐὰν οὕτω τύχωσι, quæ e præcedentibus temere repetita videntur. *Idem.*

12, 4. Καὶ διὰ ταῦτα τόν τε λ.] Voces, διὰ ταῦτα, ex versu præcedente male repetitæ videntur et delendæ. *Valcken.*

13, 1. Ἀκούμενος ἔφη] Nihil interest, scribaturne Ἀκουμενός, ἔφη, —διδάσκει· an, Ἀκουμενὸν ἔφη—διδάσκειν. Sed in ista palæstra nobili Medico *Acumeno* suis hic locus omnino relinquendus est. Phædrus Platonis tom. iii. p. 227. A. ad Socratem, τῷ σῷ, ait, καὶ ἐμῷ ἑταίρῳ πειθόμενος Ἀκουμενῷ κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους. Pater fuit Eryximachi medici. Phædro Socrates, p. 268. A. τῷ ἑταίρῳ σου Ἐρυξιμάχῳ, ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἀκουμενῷ. hunc Eryximachum τὸν Ἀκουμενοῦ memorat et in Sympos. Plato tom. iii. p. 176. B. et in Protagora, tom. i. p. 315. C. Ἀκουμενοῦ bis meminit Andocides de Myst. p. 3. v. 32, 34. Ἀκουμενὸν τὸν μαθόντα τὰ ἰατρικά, in Epist. Socratica Xenophontis xiv. p. 31, 19. feliciter Leo Allatius restituit p. 185. his nostris etiam usus ex Xenoph. Henrico tamen Stephano de *Acumeno* agenti jam dudum adhibitis Annot. in Platon. p. 64. A. *Idem.*

13, 6. ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθεὶς] Olim suspicabar παρείθη scribendum : Hesych. Παρείθη, παρελύθη, etc. ut fessus de via senex in Eurip. Phœn. Κόπῳ, inquit, παρεῖμαι. Nunc vulgatam lectionem servandam puto : vid. Casaubonus et D. Ruhnkenius in Timæi Lex. p. 140. *Idem.*

14, 7. ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι] Dixeratne forte Socrates, ὡς τὸ ὀχεῖσθαι ἐν τῇ Ἀθηναίων γλώττῃ ἐσθίειν καλοῖτο· τὸ δὲ εὖ προσκεῖσθαι etc. Sed ne Græci quidem Etymologi, quantum memini, memorant hoc sensu verbum ὀχεῖσθαι, sæpius ὀχὴν, *cibum.* Eu-

ſtath. in Il. B. p. 212, 37. Ἀχαιοὶ τὴν τροφὴν ὀχὴν λέγουσιν ὀξυτόνως. quæ non debentur Athenæo, qui lib. viii. p. 363. B. τὰς Εὐωχίας, ait, ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν. *Valcken.*

## IN LIB. IV.

1, 1. Καὶ εἰ] Voculas cenſuiſſem invertendas, niſi καὶ εἰ interdum poneretur pro *etſi:* quo modo Callim. h. in Delum v. 129. καὶ εἰ μέλλοιμι—ἔῤῥειν. Longinus περὶ Ὕ. S. 34, 4. τὰ θατέρου καλὰ, καὶ εἰ πολλὰ, ὅμως ἀμεγέθη. Hujuſmodi exempla perpauca reperientur in veterum ſcriptis.—Paulo poſt v. 3. ſcribendum puto, φανερὸν εἶναι, ὅτι οὐδὲν ὠφελιμώτερον ἦν, pro διότι. minime tamen ignoro, quam frequenter ab aliis διότι ponatur pro ὅτι. *Valcken.*

2, 2. διὰ ξυνουσίαν τινὸς τῶν σωφῶν] Alluſit ad notiſſimum ſenarium ſive Euripidis, ſive Sophoclis:

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σωφῶν συνουσίᾳ. *Rubnk.*

Ibid. βουλόμενος κινεῖν τὸν Εὐθύδημον] Velut aculeo *pungere volens Euthydemum: piquer* Gallis. A Xenophonte ſumpſit, ut alia permulta, Dion Chryſ. Or. ii, p. 19. C. ὅμως δὲ κινεῖν αὐτὸν βουλόμενος. Vel hinc liquet, non ſane mutandum cum Caſaubono, quod legitur Or. iv. p. 71. C. εἴπως δύναιτο κινηθεὶς ἀπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς δόξης μικρόν τι ἀνανεῦσαι. *Valcken.*

2, 5. ἐν ὑμῖν ἀποκινδυνεύων] Eleganter et appoſite ad hunc locum Plinius H. N. xxix. 1. *Diſcunt periculis noſtris, et experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt.* Ἀποκινδυνεύειν τοῦτο, vel ἐν τούτῳ eſt *periculum facere.* Lyſias p. 96. ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο. *Rubnken.*

2, 8. ſſ. γράμματα] Phrynichus παρασκ. Σοφ. MS. Γραφεὺς καὶ ὁ ζωγράφος, καὶ Γράμμα, τὸ ζωγράφημα, καὶ ἐπιστολῶν Γράμματα, καὶ τὰ ψηφίσματα, ὡς Δημοσθένης, καὶ τὰ συγγράμματα τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν, ὡς Ξενοφῶν. Vide de Venat. p. 998. A. et Valckenaer. Anim. ad Ammon. p. 55. *Idem.*

Ibid. Συνῆξας] Si lectio marginis Ed. Steph. eſt ex libris ſcriptis, συνῆχας præferrem. Semel tamen in Ariſtophaneis legitur Ἀπῆξας, Ran. v. 471. apud Thucyd. προσῆξαν, p. 162, 28. Sed nihil horum invenietur, ut arbitror, in Xenophonteis. προήχασι dat Demoſthenes p. 200, 33. Thom. M. Εἰσῆχε κάλλιον, ἢ εἰσαγήοχεν. ad quem p. 4, 6. apta dedit Cl. Witterus. *Valcken.*

2, 11. καὶ οὐχ οἷόν τι γε] Has voculas ſic non jungebant οἷόν τε

γε. fcriberem potius: καὶ οὐχ οἷόν τε καὶ ἄνευ δικαιοσύνης ἀγαθὸν πολίτην γενέσθαι· *et ne fieri quidem poteſt, ut quis abſque juſtitia vel bonus ſit civis.* Valcken.

2, 29 ὅσαι ἐὰν] More Xenophontis fcribendum, ὅσαι ἂν—πολεμήσωσιν. *Idem.*

3, 8. καὶ τοῦτο φιλανθρωπία] Poſt hæc verba Codex Excerptorum e Xenophontis Memorabilibus, quem apud virum ampliſſimum, Ger. Meermannum evolvimus, egregium ſupplementum præbet: τὸ δὲ καὶ ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη περᾶν δι' αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον ἀνέκφραστον; Scilicet hic quoque accidit, quod infinitis aliis locis, ut, librarii oculis ab altero τὸ δὲ ad alterum aberrantibus, quæ in medio erant, omitterentur. Notandum autem, σύντροφον hic dici pro ſimplici τροφὸν, ut paullo ante, συντρέφειν δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, pro ſimplici τρέφειν. Ælianus, qui plura ex hoc Xenophontis loco expreſſit, apud Suid. v. Ἀρίσταρχος Τεγ. καὶ ἀέρος σπᾶν, καὶ ἔχειν τροφὴν ζωῆς τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα. *Auras vitales* dicunt Poetæ Latini, ut Virgil. Æn. i. 387. Mox Valckenaerius noſter emendat: καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλον ἀλλοσέ πη στελλόμενον ἐν ἀλλοδαπῇ πορίζεσθαι. Denique ultima vox ἀνέκφραστον non eſt Xenophontis, ſed Grammatici, explicantis formulam ὑπὲρ λόγον. *Ruhnken.*

3, 9. ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκοιμεν] Eadem aliis verbis dicit Cyrop. vi. 2, 29. quem locum comparent Atticæ venuſtatis ſtudioſi. Hinc multa duxit Dio Chryſ. Or. iii. p. 49, 50. *Idem.*

3, 12. τὰ συμφέροντα προνοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων] Legendum utique, περὶ τῶν μελλόντων, *de rebus futuris.*—Paulo poſt 3, 13. ante iſta, ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω· mihi quidem nonnulla videntur excidiſſe. *Valcken.*

3, 13. ἀτριβῆ τε, καὶ ὑγιᾶ, καὶ ἀγήρατον] Similis locus in divina illa Cyri morientis oratione, viii. 7, 22. οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον. unde corrigendus Pollux ii. 14. Ξενοφῶν δὲ, τὴν ἀγήρατον δόξαν. Scribe τάξιν. *Ruhnk.*

3, 16. Κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι] Sic verſum interpretabatur Heſiodi, cujus erat laudator ſecundum lib. i. 2, 3. Καδδύναμιν ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν. Eſt illud ἀρέσκεσθαι, idem pæne ſignificans ac ἱλάσκεσθαι, hoc ſenſu rariſſimum apud vete-

res; hinc tamen a Sophiſtis transſumptum: alia ſtructura ſcripſit in Œcon. v. 3. θεοῖς ἐξαρέσκεσθαι θύοντας· et v. 19. *Valcken.*

4, 5. φασὶ δέ τινες] Mihi quoque dudum fuerat viſum, quod ſibi videri ſcribebat ante hos annos aliquot Cl. Ruhnken. *iſtam parentheſin turpe nugatoris eſſe emblema.*—In v. præcedenti Interpretes minus attenderunt vim verbi διδάξασθαι in σκυτέα διδάξασθαι τινὰ, ἢ τέκτονα, ἢ χαλκέα· Significat in his, *mittere ad artifices, a quibus in his artibus quis erudiatur. mittere docendum,* vel *commendare præceptori* dicitur διδάξασθαι. Horatii pater (Serm. I. Ecl. vi. 76.) *puerum eſt auſus Romam portare docendum Artes.* non artes filium, ἐδίδαξε, *docuit,* ſed ἐδιδάξατο. Socrates Xenophontis quæ noverat diſcipulos ἐδίδασκεν· ὅτου δὲ αὐτὸς ἀπειρότερος εἴη, πρὸς τοὺς ἐπισταμένους ἦγεν αὐτούς. atque adeo hæc illos ἐδιδάξατο, *ab aliis doceri curabat.* Moris Attici ſtudioſiſſimus Sophiſta, Ariſtides tom. i. p. 76. *filios,* inquit, Æſculapius οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην ἰατρικὴν, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. vel ex hoc loco totum hoc genus intelligi poſſet. Simili ſignificatu nonnunquam adhibentur verba media Γράψασθαι· Κατασκευάσασθαι· Καταδικάσασθαι, et pauca alia. *Idem.*

Ibid. δικαίους ποιήσασθαι] Δίκαιος dicitur vel de *re,* vel de *perſona, in qua nec abundat aliquid, nec deficit, quæ muneri ſuo par eſt, numeris ſuis abſoluta.* Herodot. ii. 149. αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον. quo reſpicit Grammat. MS. Bibl. Sang. Δίκαιον μέτρον, τὸ ἴσον. Ἡρόδοτος β'. Æſchines adv. Cteſiph. p. 441. τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος δικαίῳ συνηγόρῳ. ubi vocis vim præclare illuſtravit Jo. Taylorus. Latini eodem ſenſu *juſtum* dicunt, ut Fabricius Bibl. Gr. vol. ii. p. 71. male reprehendat interpretem Luciani de Hiſt. conſcr. p. 52. δίκαιος συγγραφεὺς, *juſtus ſcriptor,* vertentem. Huic notioni affinis eſt altera, qua δίκαιον dicitur, quod omnibus partibus æquabilitatem ſervat. frequens illa in Hippocrate, et copioſe explicata a Foeſio in Œcon. ſed minime intellecta ab interpretibus in Xenophonte noſtro Cyrop. ii. 2, 26. οὔτε γὰρ ἅρμα δήπου ταχὺ γένοιτ' ἂν, βραδέων ἵππων ἐνόντων, οὔτε δίκαιον, ἀδίκων συνεζευγμένων. ubi δίκαιον ἅρμα eſt *currus æquabilitatem in eundo ſervans,* ἄδικοι ἵπποι, *equi inæquales vel robore, vel velocitate.* Sic a Polluce i. 196. δίκαιος τὴν γνάθον dicitur equus, *qui maxillam æquabiliter mollem habet:* contra a Xenophonte de re equeſtr. p. 936. et a Polluce l. c. 197. ἄδικος τὴν γνάθον· *cui pars maxillæ mollis eſt, pars dura.* Δίκαιον autem ἅρμα quam temere vexarit Leunclavius, apparet ex Lexico MS. Bibl. Sangerm. Ἀδικομάχους ἵππους Ξενοφῶν τοὺς δυσπειθεῖς λέγει, καὶ Δίκαιον ἅρμα, τὸ

εὐπειθές. ubi corrigendum videtur: Ἀδικογνάθους ἵππους, quos Xenophon eodem loco etiam ἑτερογνάθους appellat. Hæc ſcripſeram, cum Cl. Beioto Hiſt. Academ. Inſcript. tom. xxxiv. p. 17. eandem Xenophontei loci interpretandi rationem placuiſſe viderem. Sed ut redeam illuc, unde deflexi, ſæpe miratus ſum, tamdiu tamque patienter pro Xenophonteis legi potuiſſe verba putida et præter rem inculcata, φασὶ δέ τινες καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαίους ποιήσασθαι, πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. quae ſciolus formaſſe videtur ex Platone Apolog. Socrat. p. 359. G. εἰ μέν σου τὼ υἱέε πώλω ἢ μόσχω ἐγενέσθην, εἴχομεν ἂν αὐτοῖν ἐπιστάτην λαβεῖν, καὶ μισθώσασθαι, ὃς ἔμελλεν αὐτὼ καλὼ κἀγαθὼ ποιήσειν τὴν προσήκουσαν ἀρετήν. *Ruhnk.*

4, 6. Ἔτι σὺ—ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις] Ubi hominis ſuperbi dictum hinc enarrat Dion Chryſ. Or. iii. p. 40. C. vulgatur: πάλιν σὺ ταῦτα Σώκρατες; καὶ ὃς γελάσας· ἔφη, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν· duabus voculis interjectis ſcripſerat Dion: πάλιν σὺ ταὐτὰ ταῦτα (*eadem illa*, ut p. 229. A. ταὐτὰ δὲ ταῦτα εὑρήσετε·) Σώκρατες; καὶ ὃς γελάσας, ἀλλ᾽, ἔφη, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. ſic enim Socrates ap. Xenoph. οὐ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. *Valck.*

Ibid. ἔτι γὰρ σὺ—ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις] Dio Chryſ. Or. iii. p. 40. C. hæc memoriter ſic laudat: πάλιν σὺ ταῦτα, Σώκρατες; ubi ſcribendum: πάλιν σὺ ταὐτὰ ταῦτα. *Ruhnk.*

4, 19. πρῶτον νομίζεται τοὺς θεοὺς σέβειν] Recte H. Steph. rejicit Stobæi lectionem, θεοὺς εὐσεβεῖν· neque enim ſic loquebantur iſti veteres: ſed, hic quoque ſcribi potuit: πρῶτον νομίζεται τὸ, τοὺς θεοὺς εὖ σέβειν. *Valck.*

7, 5. Τὸ δὲ μέχρι τούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν, μέχρι τοῦ] Prorſus ſuperfluæ voces μέχρι τούτου nocent orationi, et debentur aberranti ad vicina librario. Scripſerat, ni fallor, τὸ δὲ ἀστρονομίαν μανθάνειν μέχρι τοῦ—γνῶναι. ſic ſcribit §. 4. et alibi.—Ex hac autem parte dictorum Socratis præſertim, ex Epiſtola Xenophontis ad Æſchinem, ſervata Stobaeo p. 467. ex Ciceron. Tuſcul. v. c. A. ex notatis Daviſio in Tuſc. iii. c. A. in Academ. i. c. A. et aliunde liquet, quam multa Socratem Plato fecerit dicentem, de quibus veraciſſimi Xenophontis Socrates ſe diſſeruiſſe negaret. Inprimis relegantur A. Gellio ex iis tradita, *qui de Xenophontis Platoniſque vita* et *moribus exquiſitiſſime ſcripſere*, N. A. xiv. c. 3. ubi, *quod Xenophon*, inquit,—*negat Socratem de cœli atque naturæ cauſis rationibuſque umquam diſputaviſſe, et ne diſciplinas quidem ceteras,—quæ ad bene beateque vivendum non pertinerent, aut attigiſſe aut comprobaſſe*;

*idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui diſſertationes iſtiuſmodi Socrati attribuerent: hoc autem, inquiunt, Xenophon quum ſcripſit, Platonem videlicet notavit.* Platonem ſæpe notaſſe Xenophontem dubio vacat, cujus ſemel duntaxat in ſcriptis meminit inter Socratis diſcipulos iii. 6. *Valcken.*

8, 8. εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον] Perſpicua imitationis veſtigia ſunt in Auctore Socrat. Epiſt. p. 33. ubi ſcribendum, γῆρας ἐπικεῖσθαι, et in Dione Chryſ. Or. xxviii. p. 291. C. *Ruhnk.*

# INDICES.



# INDEX GRÆCITATIS.

## A.

# INDEX GRÆCITATIS.

# INDEX GRÆCITATIS.

Ἀξιομακάριστος Apol. 34. dignus qui beatus prædicetur.

Ἄξιος θανάτου τῇ πόλει i, 1, 1 : i, 2, 62. diverſo ſenſu eſt ἄξιος πολλοῦ σύμμαχος ἐκείνοις ii, 7, 1. ὁπόσου τοῖς φίλοις ἄξιος ii, 5, 4. οὔτε τῇ πόλει οὐδενὸς ἄξιος Apol. 31. τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν i, 3, 3. in Hellenicis iv, 4, 6. eſt οὐκ ἀξιοβίωτον εἶναι. ἄξιον decet i, 5, 3. ἀξίως μνήμης ἥδεσθαι idem quod ἀξιολόγως iv, 5, 9. ἄξια μικροῦ parvi æſtimanda ii, 1, 19.

Ἀξιοτέκμαρτος iv, 4, 10. qui argumentum rei alicujus præbet, indiciumque.

Ἀξιοῦν, dignari, dignum judicare i, 4, 10. æquum cenſere, velle ii, 1, 9. 12. τινά τι, rogare quem quid iii, 11, 12.

Ἀπαγγέλλειν, renunciare i, 2, 33.

Ἀπαγορεύω μὴ διαλέγεσθαι iv, 4, 3.

Ἀπαλλάττειν αἰσχρῶς καὶ κακῶς, cum dedecore et damno diſcedere i, 7, 3. ἀπαλλάττεσθαι *de reo et accuſatore v. n.* ii, 9, 6. τινος, alicujus diſciplina non amplius uti i, 2, 24. ἐκ τῆς ὁδοῦ, itinere affici iii, 13, 6.

Ἀπαράσκευος, imparatus iii, 4, 11.

Ἀπάτη, fraus, *de laqueo qui tenditur avibus* ii, 6, 9.

Ἀπεικάζειν τινι τι, aſſimilare, ſpeciem rei efformare, ad ſimilitudinem exprimere. ἀπεικασομένους iii, 11, 1.

Ἀπειλητικὰ ὄμματα, minaces oculi iii, 10, 8.

Ἀπειπεῖν, ſeq. infinit. interdicere i, 2, 33.

Ἀπείργειν τινὸς, arcere ab al. ii, 1, 16 : iv, 5, 6.

Ἀπειρόκαλος, honeſti et decori expers iii, 10, 5.

Ἄπειρος χαλεπῶν, qui nihil moleſtiæ expertus eſt ii, 1, 23. Ἀπείρως ἔχειν πρός τι, imperitum eſſe rei ii, 6, 29.

Ἀπενιαυτίζειν, per annum in exilio eſſe i, 3, 13. Ruhnk. ad Tim. p. 39.

Ἀπεργάζεσθαι i, 6, 5. de eo, qui mercede conductus operam ſuam locat, *etwas abarbeiten, at* i, 4, 4. *eſt* elaborare.

Ἀπερύκω, arceo, propello ii, 9, 2. *Verbum* ποιητικώτερον.

Ἀπέχθεια, odium ii, 7, 9. Ἀπέχθεσθαι, inviſum eſſe ii, 9, 3. 8.

Ἄπιστος, qui fidem datam non ſervat, perfidus ii, 6, 19.

Ἀπλοΐζεσθαί τι, in re ſe ſimplicem præbere, ſine dolo iv, 2, 18. Ἁπλοῦς πρός τινα, ſine fraude erga al. iv, 2, 16. apertus, qui nec ſimulat nec diſſimulat iii, 1, 6 : iv, 7, 1.

Ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, memoriter exponere iii, 6, 9. ἀπὸ ταὐτομάτου, ſua ſponte, ſine magiſtro iv, 2, 2. et 4. ἀπὸ κυάμου καθ. *vid.* κύαμος : ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ultro, priuſquam a te rogetur ii, 10. §. 3.

Ἀποβαίνειν ἐπιλησμονέστερον, reddi obliviofiorem iv, 8, 8. ἀποβησόμενα : quæ contingent i, 1, 6. τὰ ἄδηλα ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο i, 1, 6 : i, 3, 2.

Ἀποβλέπω πρός σε εἴ μοι ἐθελήσαις ἂν ἐξηγήσασθαι reſpicio ad te et exſpecto ſi : iv, 2, 30. πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπειν, ὁπότε σπουδαίου ἀνδρὸς δεηθείη iv, 2, 2. παρὰ σοῦ ὠφελησόμενοι ἀποβλέπουσι Œconom. ii, 8. Cf. ibidem xviii, 2. et ad Hiſt. gr. vi, 1. p. 315. εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν, reſpicere ad ſuam umbram ii, 1, 22.

Ἀπογεισόω, ſuggrundiorum modo munio i, 4, 6. Γεῖσα quid ſint, vide in Epimetro p. 278.

Ἀπογυμνοῦσθαι, ſe denudare iii, 4, 1.

Ἀποδείκνυμι, declaro, oſtendo, μωραίνοντας i, 1, 11. ἀποδείκνυμαι γνώμην, quid ſentiam profero iv, 4, 11. ἔργον μέτρῳ iv, 7, 2. *vide not.*

Ἀπόδειξις, demonſtratio, probatio rei certa iv, 6, 13.

Ἀποδειλιᾷν iii, 12, 2. præ timore vel ſegnitia animi fugere periculum. Locus eſt Platonis plane geminus eadem de re in Protagora p. 118. εἰς παιδοτρίβου ἀποπέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾷν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι.

Ἀποδέχομαι, intelligo iii, 10, 15. τινα, probo i, 2, 8. ſequor alicujus diſciplinam iv, 1, 1.

Ἀποδημεῖν, abeſſe peregre ii, 3, 12. ἀποδημία, peregrinatio ii, 8, 1.

Ἀποδίδωμι εὐχὰς, vota perſolvo ii, 2, 10. χάριν, gratiam refero §. 13. ἀποδίδομαι, vendo, abalieno ii, 5, 52 : iii, 7, 6.

Ἀποδοκιμάζειν νόμους, antiquare leges iv, 4, 14.

Ἀποδρᾶν, aufugere *de ſervo fugitivo* ii, 10, 1. Cf. ad Cyrop. i, 4, 23.

Ἀποκαλεῖν, pro καλεῖν, appellare, vo-

B.

Διαλογιζόμενοι περὶ αὐτῶν ἐπισκοπῶμεν iii, 5, 1.

Διαμάχεσθαι iii, 9, 2.

Διαμένειν, permanere iii, 5, 12.

Διαμεμνῆσθαι i, 4, 13. memoria servare. ὁπόσα ἂν διαμνημονεύσω i, 3, 1.

Διανοεῖσθαι, in animum inducere iii, 6, 2. τὸ διαν. *die Denkkraft* iii, 12, 6. quod eft ἡ διάνοια iv, 8, 1. διανοεῖσθαι χεῖρον fic eft iv, 8, 5. Διάνοια Apol. 2. eft animus philofophia excultus, *Denkungfart*.

Διανύτειν, perficere ii, 4, 7.

Διαπονεῖσθαι τοιαῦτα, ejufmodi labores exantlare ii, 1, 33. ταῦτα δ. de Re Equeftri v, 10. cum cura et labore perficere vel exfequi; τὰ νόμιμα δια. de Republ. Laced. x, 7. quod ibidem eft τὰ νόμ. ἐκτελεῖν. Cf. Œconom. vii, 32. Agefilai xi, 7.

Διαπράττεσθαι, *active* ii, 3, 13. perficere ii, 9, 7.

Διαπρεπὴς ἐπ' ἀγαθοῖς ii, 1, 28.

Διάπυρος λίθος, lapis ignitus, candens iv, 7, 7.

Διαρκέστατα ἐς τὸ γῆρας ut nihil defit ii, 8, 6.

Διασαφηνίζω, clare et diftincte trado, doceo iii, 1, 11.

Διασιωπᾶν iii, 6, 4: iv, 1, 10. *not.*

Διασκοπεῖν τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα iv, 8, 4. quærens et diftinguens quid juftum injuftumque fit.

Διατείνεσθαι, intendere animum ad aliquid iii, 7, 9. διατεινομένους παντὶ τρόπῳ omni modo contendere iv, 2, 22.

Διατελῶ νομίζων, femper ftatuo i, 6, 9. *c. adject. fenfu participii* i, 6, 2.

Διατίθεμαι, utor i, 6, 13. *fed vide not.* τὴν θυγατέρα ὅπως ἂν σὺ βούλῃ Cyrop. v, 2, 3. Galli *difpofer de quelqu'un* dicunt; afficior, *in malam partem* iii, 13, 6: iv, 2, 40. inftituere ii, 1, 27. πῶς οἴει σε διατεθῆναι ἄν, quomodo putas te affectum difceffurum fuiffe? αἰσχρῶς τὸ σῶμα, utor corpore turpiter affecto i, 5, 5. ἔριν ii, 6, 23. moderari, componere.

Διατιθέναι τινά, opinione imbuere aliquem i, 2, 52: i, 6, 3: iv, 2, 40.

Διατρέφειν, plane alere, ita ut nihil defideretur iii, 6, 13.

Διατρέχειν τὰ ἡδέα, percurrere, h. e. cupide frui, uti ii, 1, 31.

Διατρίβειν μετά τινος, iv, 1, 1. effe cum aliquo.

Διατριβὴν δουλοπρεπῆ τινι παρασκευάζειν Apol. 30. erudire et educare ad negotium vel artem fervorum conditionem decentem, fcilicet coriariam. Quod opprobrium auctor Apologiæ Anyto objicientem faciens Socratem coram judicibus, vereor ne merito inhumanus, incivilis et ineptus habeatur. Debebat enim vir fapiens ita plebem in fe Atticam omnem concitare, injuriam faciens neceffario reipublicæ hominum generi, quamquam ad confilium publicum et judicia publica obeunda non fatis idoneo.

Διαφαίνειν διά, elucere per iii, 10, 5.

Διαφέρειν τινὸς ἐπὶ σοφία, prudentia excellere alicui iv, 2, 1. τινι, aliqua re præftare iii, 9, 1. διαφέρει ἢ iii, 7, 7. *not.* iii, 11, 14. Διαφέρεσθαί τινι, inimicum effe, diffidere ii, 3, 1: ii, 9, 8. iii, 5, 16. Διαφερόντως, aliter iii, 8, 5.

Διαφεύγειν τὰ δεινά, periculum effugere iii, 12, 4.

Διαφθείρω. διεφθαρμένος, natura corruptus, natura proclivis ad pravas cupiditates i, 2, 25.

Διάφορον, id de quo diffentitur, cauffa diffidii; item, differentia, difcrimen ii, 3, 5. διάφορος οὐδὲν ἄλλων, nulla re excellens aliis iv, 4, 15.

Διαχρᾶσθαι ἑαυτόν, fe interficere iv, 2, 17.

Διαχύσαι ἀέρα, diffudiffe iv, 3, 8.

Διαψεύδομαι. διεψευσμένοι τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως, qui in æftimandis fuis viribus aberrant a vero iv, 2, 27.

Διδασκαλία χοροῦ *v. n.* iii, 4, 4.

Διδάσκαλος *pro* χοροδιδάσκαλος iii, 5, 18.

Διδάσκεσθαι, addifcere, accipere ab aliquo doctrinam i, 2, 20. σκυτέα τινά, aliquem erudiendum curare in arte futoris iv, 4, 5.

Διδακτός, doctrina acquifitus iii, 9, 1.

Διδόναι, optionem dare i, 2, 16. κακόν τινι, lædere, malo afficere ii, 2, 7. copiam facere, ἃ ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν ἀνθρώποις i, 1, 9. ἃ μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ ibid.

Διέλκω, diduco iii, 10, 7.

Διεξιέναι λόγῳ, oratione perfequi, differere de al. iv, 6, 15.

Διέρχεσθαι, percurrere, perlegere i, 6, 14. præterire iv, 3, 8.

Διηγέομαι ii, 1, 29.

Διίχω, difto ii, 3, 19.

# INDEX GRÆCITATIS.

Z.



H.

Θ.



I.

cum nondum numerorum notæ eſſent repertæ. Quod ſi tamen aliquis λογισμοὺς de arithmetica interpretari pertinax velit, is poterit τὴν μάταιον πραγματείαν referre ad philoſophumena de natura numerorum, in quibus Pythagoræi inprimis ultra modum ingenio indulgebant, ita ut omni philoſophiæ numerorum rationes accommodarent. Habemus hodieque in Stobæi Eclogis capite ii. libri i. reliqua fragmenta ſcriptorum Pythagoricorum multa, unde methodum ſterilem et obſcuram divinare licet. Poterit etiam abuti Platonis auctoritate, qui libri vii. Polit. p. 143. τὸ φαῦλον τοῦτο, τὸ διαγινώσκειν τὸ ἓν καὶ τὰ δύο καὶ τὰ τρία omnibus tamen artibus et diſciplinis ad uſum communem neceſſarium, ὃ καὶ παντὶ ἐν πρώτοις μανθάνειν ἀνάγκη breviter dicit ἀριθμὸν καὶ λογισμόν. Et p. 148. λογιστική τε καὶ ἀριθμητικὴ περὶ ἀριθμὸν πᾶσα verſari dicitur. Denique p. 149. jubet omnes, qui rempublicam gerere volunt, ἐπὶ λογιστικὴν ἰέναι καὶ ἀνθάπτεσθαι αὐτῆς, μὴ ἰδιωτικῶς ἀλλ' ἕως ἐπὶ θέαν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ οὐκ ὠνῆς οὐδὲ πράσεως χάριν, ὡς ἐμπόρους ἢ καπήλους, μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης καὶ μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ' ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. His igitur locis utetur qui volet. Mihi enim arithmetica a diſciplina Socratica aliena et hoc etiam loco poſt aſtronomiam et meteorologiam valde alieno commemorata eſſe videtur, quæ cum geometria conjungi debebat. Igitur exiſtimo Xenophontem potius λογισμοὺς dixiſſe ſyllogiſmos, quorum erat olim ut hodieque apud multos eſt μάταιος πραγματεία. Exempla autem Ariſtotelis ex libris poſuit hujus ſignificationis H. Stephanus in Theſauro, quem adire poterunt lectores curioſi.

Λογιστικὸς, computandi peritus i, 1, 7. alio ſenſu cum φρόνιμος conjungitur Hellen. v, 2, 28.

Λοχαγεῖν iii, 1, 5 : iii, 4, 1. *omnino apud noſtrum eſt* præeſſe quartæ parti τῆς τάξεως ; *quæ vero cum apud diverſos populos et diverſis temporibus ipſa diverſa fuerit : hinc* λοχαγεῖν *verti poteſt modo* cohortem ducere, *modo* manipulum ducere, *modo* centuriæ præeſſe, *modo aliter. Sic judicari debent ea, quæ de hac re diſſerit Perizonius ad Ælian V. H.* ii. *extr. Erneſti.*

Λυμαίνεσθαι γαστέρας, gravare ventriculos i, 3, 6. τὰ ὄψα, corrumpere opſonia iii, 14, 5.

Λυπεῖν, nocere, damno afficere i, 6, 6. τινα, moleſtum eſſe alicui iii, 13, 1. λυπητέον ἐμοὶ Apol. 27. i. e. δεῖ ἐμὲ λυπεῖσθαι.

Λωποδυτεῖν, veſtes furari in balneis i, 2, 62.

M.

Μαίνεσθαι i, 3, 13. inſanire, de nimio amore, *ut ap. Latinos*, furere.

Μακάριος, beatus, cui ad animi tranquillitatem nihil deeſt i, 6, 14. μακαριστοτάτη εὐδαιμονία, felicitas perfecta et ſuis numeris abſoluta ii, 1, 33.

Μαλακίζεσθαι πρὸς τὸν θάνατον Apol. 33. molliter ferre mortem, timere mortem.

Μαλακὸς, mollis, qui dura et laborioſa fugit, et ſuavia tantum ſectatur iii, 7, 1. πρὸς τὸ πονεῖν, laboribus perferendis non aptus i, 2, 2. vide in καρτερικός· τὰ μαλακὰ, grata et jucunda ſenſibus ii, 1, 20. μαλακῶς φιλεῖν, molliter oſculari iii, 11, 10.

Μᾶλλον *abundat poſt comp.* iii, 13, 5. *et poſt* προαιρεῖσθαι iv, 2, 9. μᾶλλον δὲ, imo vero, quin imo iii, 13, 6.

Μανία, furor, cupiditas rei nimia rationem ducem non ſequens i, 1, 16. *quid vid.* iii, 9, 6. 7. Μανιώδης furioſus iv, 1, 3.

Μαντεύομαι, utor auſpiciis et ominibus i, 1, 3. conſulo oracula i, 1, 6.

Μαντικὴ, divinatio i, 1, 1. 2 : iv, 3, 12 : iv, 7, 10.

Μαρτυρεῖν τινι, teſtimonium alicui præbere, aſſentiri, probare i, 2, 21.

Μάταιος, cum περίεργος junctum vanus i, 3, 1 : iv, 1, 3.

Μεγαλεῖος. κτῆμα μ. ἀνδρὶ καὶ πόλει, magnificus, amplus, ad nomen alicujus celebre faciendum valens iv, 5, 2. μεγαλεῖος καὶ σφοδρὸς, qui eſt animo elato et vehementi iv, 1, 4. μεγαλεῖα ῥήματα, verba magnifica, quæ ad rem ornandam et commendandam faciunt ii, 1, 34.

Μεγαληγορία Ap. 1.

Μεγαλοπρεπὴς, affectus generoſi, ſen-

Μῶσθαι, quærere ii, 1, 20. Verbum doricum.

N.

Ναὸς, delubrum, facellum ubi eſt ara et ſimulacrum Dei iii, 8, 10.

Ναυκληρία, navicularia i, 6, 8. Ναύκληρος, navicularius ii, 6, 38 : iii, 9, 11. *Cf. Ern. Clav. Cic.*

Ναυτιλία, navigatio iv, 2, 32.

Νικᾷν τοὺς ἀγῶνας, victorem in certaminibus diſcedere ii, 6, 26.

Νικητικὸς, ad victoriam parandam idoneus iii, 4, 11.

Νομεὺς βοῶν ἀγέλης ii, 9, 7.

Νομίζειν θεοὺς, deos eſſe credere eoſque more publico receptos colere i, 1, 1. πῶς οὐκ εἶναι θεοὺς ἐνόμιζεν i, 1, 5. νομίζεται, in more poſitum eſt, juſtum habetur ii, 3, 16. μαντικὴν νομ. i, 1, 3. vaticinandi artem eſſe credere eaque quæ publico more recepta eſt uti. πρῶτον νομίζεται iv, 4, 19. prima omnium lex habetur. *not.*

Νόμιμος quis ſit et dicatur iv, 6, 5. νομίμως τε καὶ ὠφελίμως πᾶσι χρώμενος iv, 4, 1. eſt periphraſis δικαίου: nam ἄδικος eſt qui contra leges et pacta facit, ut alteri noceat, ſibi vero lucrum paret. Contra igitur qui cum aliis ita agit, ut leges et pacta ſancte obſervet, iiſque quam poteſt maxime utilis eſſe ſtudet, is δίκαιος eſt et dicitur. Hoc eſt igitur νομίμως καὶ ὠφελίμως χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις, ut contra ἄδικος recte diceretur ἀνόμως καὶ ἐπὶ τῷ κέρδει vel πλεονεκτικῶς χρώμενος. Hinc lux alteri loco Xenophontis ii, 6, 23. ubi ſimilis eſt τοῦ δικαίου periphraſis, et dicuntur χρημάτων κοινωνεῖν νομίμως, οὐ μόνον ἀπεχόμενοι τοῦ πλεονεκτεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις, i. e. ὠφελεῖν ἀλλήλους. In utroque loco interpretando definitio juſtitiæ Xenophontea (vide iv, 8, 11.) nondum ſatis clara animo meo obverſabatur.

Νόμος, conſuetudo iii, 3, 11. νόμῳ πόλεως, more et legibus in civitate receptis iv, 3, 16.

Νοσεῖν iii, 5, 18. reſp. eleganter dicitur, in qua vitia dominantur.

Νουθετικοὶ λόγοι, præcepta de moribus et vita regunda i, 2, 21.

Νυκτοτῆραι, *v. n.* iv, 7, 4.

Νυκτερευτικὴ κύων, canis nocturnis venationibus ſerviens iii, 11, 8.

Νῦν. τὰ νῦν, nunc, *plene diceretur* κατὰ τὰ νῦν ὄντα πράγματα.

Νῶτον, τὸ, tergum iii, 10, 13.

Ξ.

Ξυμβουλία, conſilium i, 3, 4.

Ξυνόντες οἱ ἐμοὶ, familiares mei ii, 1, 25.

O.

Ὃ *pro* τίς : *ut* τοῦ ἕνεκεν, qua de cauſa iii, 2, 1. τῷ pro τίνι iv, 4, 17 : iv, 5, 10. τὰ μὲν—τὰ δὲ, partim—partim i, 3, 1 : ii, 4, 6 : iii, 5, 11.

Ὀγκοῦσθαι, tumere ſuperbia i, 2, 25.

Ὁδοὶ, *fortaſſis ſunt* plateæ, viæ urbis ii, 2, 4.

Οἶδα iv, 4, 8. οὐκ οἶδ' ὅπως, nullo modo.

Οἰκεῖν οἶκον, familiam, domum regere, adminiſtrare ii, 1, 19 : iii, 6, 14. οἰκίαν iv, 1, 2. καλῶς πόλεις καὶ οἴκους i, 2, 64. εὖ i, 1, 7. καλῶς οἰκεῖται οἶκος iv, 4, 16.

Οἰκεῖοι, propinqui, qui pertinent ad eandem gentem ſ. familiam i, 2, 48 : ii, 7, 2 : iii, 6, 1 : iv, 4, 17. ubi οἰκέται et οἰκεῖοι junguntur. Sed vereor ne verba ἢ οἰκέται e gloſſa profecta ſint. Servi enim in hac hominum ſocietate locum habere non videntur. οἰκειότατος ἄνθρωπος, maxima neceſſitudine conjunctus i, 2, 53. τὰ οἰκεῖα, ſua, quæ quis habet iii, 6, 7.

Οἰκέται, domeſtici, quicunque pertinent ad eandem domum, familia, ſervi i, 2, 48 : ii, 1, 9. *ib.* 32 : ii, 4, 3 : ii, 5, 2. 5 : iv, 4, 17. *etc.* Vide in Οἰκεῖοι.

Οἴκημα, cella meretricia, Attice ii, 2, 4. Perizon. ad Æliani *V. H.* 6, 1. Valcken. ad Ammonium p. 177.

Οἰκοδομεῖσθαι οἰκίαν, domum ſibi ædificare i, 1, 8.

Οἰκοδόμημα, ædium ſtructura iii, 1, 7.

Οἰκονομικὸς, rei familiaris adminiſtrandæ peritus i, 1, 7.

Οἰκονομῶν τάδε, adminiſtrans et exſequens ſingula iv, 3, 13. τὸν οἶκον εὖ iv, 5, 10.

Οἶκος, facultates i, 5, 3. familia iii, 6, 14.

Οἶμος, ſemita *poët.* pro ὁδὸς ii, 1, 20.

Οἷος, *c. infinit. præcedente vel intellecto* τοιοῦτος, *ſign.* ut, ὥστε, i, 4, 12 ;

T.

Υ.

Φ.

X.



Ψ.

## Ω.

# INDEX NOMINUM.



E

FINIS.



